31 La vltima parte de la tercera concluſiõ es: *Solùm Vnigenitus Dei Filius potuit, & neceſſariò debuit hypoſtaticè vniri cum ſola tali humana natura.* Eſta clauſula conforme lo de ſuſo referido, ſe deve eſplicar de la poteſtad ordinaria, neceſsidad ex hypotheſi decreti, y deuda de mayor conveniencia. Porque al argumento, que ſe propone en el cap. citado 18. del *Apoſtrophe*, que dezia: *Sapientia Divina ſcit, quòd potuit aſſumere naturam Angelicam, vel aliam naturam.* Reſponde Lullio, omitiendo lo dicho, y ſuponiendo lo de potencia abſoluta; aunque no à ſido aſsi de facto, por ſer mas conveniente, y de mayor cõgruidad, que Dios ſe encarnaſſe. Las palabras de Lullio ſõ: *Reſpondemus, quòd aſſumẽdo* (Verbũ Divinum) *naturã Angelicã, vel aliã, nõ participaret cũ omni creatura: &, ſi Deus feciſſet recreationem, vel liberationem per Angelum, vel per aliã creaturam, non eſſet natura humana in illa nobilitate, in qua erat ante peccatũ; quia ante peccatum non erat obligata, niſi ſoli Deo.* Otras congruencias añade; pero eſtas ſon ſuficiẽtes para que conſte del ſentir de Lullio, y que la dicha tercera concluſiõ ſe deve poner, conforme à ſus textos, en la manera ſiguiente: *Tanta fuit incarnationis conve-*

Debitum congruitatis. Hebr. 7. num. 17

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Concluſio tertia explicata.

*convenietia, quòd ex hypotheſi quòd voluerit Deus ad extra producere, neceſſariò debuerit neceſſitate ſecundùm quid, & debito congruitatis, ſeu majoris convenientiæ univerſi, de potentia ordinaria incarnationem decernere, incarnationem, inquam, ſolius Divini Verbi; cum nec Deus, vt abſtrahit à perſonalitatibus potuerit, ordinatè loquẽdo, incarnari, nec Pater vnam aſſumere naturam, nec Spiritus S. aliam. Nec etiam, ex hypotheſi quód ordinatè potuerint incarnari, potuiſſent immediaté eãdem aſſumere naturam. Solúm unigenitus Dei Filius potuit, & neceſſariò ex hypotheſi decreti debuit hypoſtaticé vniri cum ſola tali humana natura, vtpote magis aſſumptibili de congruo.*

32 A la ſexta y vltima concluſiõ (ſobre la quarta y quinta no ſe occurre coſa que dezir, ni eſplicar) del referido decreto, que ordena: En la parte, que dize: *Intra fidei limites, &c. que la dicha concluſion no ſe defienda.* Digo, que la tal concluſion no es de Lullio; ſi ſe opone al texto del Arbol de la ciẽcia, *cap. de folys Arboris Chriſtianalis*, §. de loco arboris Ieſu-Chriſti: en dõde eſplica los varios modos, que tiene Chriſto S. N. de preſẽcia, ſegũ la naturaleza Divina, y humana, exortando à la enſeñanſa ſe deve dar à los infieles, paraque ſalgan de ſus errores, y no crean, que creemos los Chriſtianos, que la humanidad de Chriſto eſta en todo lugar, en quanto hõbre, ſi eſte hõbre es Dios. Pues lo que N. S. Fe Catholica enſeña es, que Chriſto S. N. Dios, y hõbre verdadero, en quãto Dios eſta por ſu immẽſidad en todo lugar; y en quãto hombre fuè cõcebido en las puriſſimas entrañas de la Virgẽ ſu madre, nació, muriò por nueſtra redẽciõ, reſucitado ſubio à los cielos, en donde eſta con verdadera, y real preſencia corporal; y eſta Sacramentalmente en la Euchariſtia Sacroſanta, real y verdaderamente, como reſide en el cielo. Y porq; los infieles, y hereges cõfunden

Fides declaranda.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

en Chriſto las dos naturalezas, Divina, y humana, niegan à la SS. humanidad de Chriſto preſēcia corporal, ni podemos los Chriſtianos conceder à eſta humanidad actual preſencia formal en todo lugar, ſin confundir nueſtro modo de hablar con el que tienē los hereges, que en Chriſto confunden las naturalezas. Y aſsi es neceſſario ſe declare la referida concluſiō ſexta *en el decreto, que ordena no ſe defienda.* Y parece puede eſplicarſe, y correr imprimiēdo ſe en la manera ſiguiente. *Intra fidei limites, ſenſu alio longé diſtincto à Brencianico naturas confundente, Chriſti humanitatem eſſe vbiq; nō ſolùm concomitanter, quaſi per accidens, & ratione Divinitatis; ſed etiam per ſe formaliter in habitu, per donum multiplicandi præſentias, eſt verum, & probabile.* Conſta eſto de lo que dize S. Gregorio, hō. 28. in Evang. hablando del Regulo: *mementote quid petijt, & apertè cognoſcetis, quia in fide dubitavit. Popoſcit namq; vt deſcenderet, & ſanaret filiū ejus; corporalem ergo præſentiam Dñi quærebat, qui per ſpiritum nunquam deerat.* Devemos luego creer, y creemos que la preſencia corporal de Chriſto pudo, y puede variarſe, y multiplicar; no la Divina, que indiviſiblemēte es vna por ſu immēſidad. Por dōde ſi la preſencia corporal de Chriſto, ò la preſencia formal de ſu naruraleza humana, ſe puede multiplicar, y multiplica quādo quiere, y en la manera que quiere; no podemos dezir que la humanidad de Chriſto actú, & formaliter eſte en todo lugar: *illuderetur enim myſteriū Euchariſtiæ, ſicut Vbiquiſta prætendunt confundendo naturas in Chriſto, & novam negando præſentiā realem Corporis, & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia.* Eſto es, *amigo Lector,* lo que agora te ofrece mi diſcurſo ſacado de los textos del Doctor Illuminado, que ſuplico leyas cō la ſinceridad de animo le ſujeto à la cenſura del Tribunal S. de la Inquiſiciō. Vale.

Naturæ in Chriſto nō cōfundūtur.

Concluſio ſexta explicata.

D. Greg.

Latiús in reſol. 128. num. 203.

EPIG-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## IN LAVDEM OPERIS.

*ARS brevis, æternos meritò victura per annos*
*Neſtoreo digna es pulvere, crede mihi.*
*Rurſus in auratam gratiſſima tendis arenam,*
*Phœbeam rurſus cernis amica facem.*
*O bene! Mæcenas nam cum ditaverit Artem;*
*Quæ brevis eſt, ſurgat grandior arte ſua.*
*Ars tamen eſt eadem, brevis eſt, vivetque perennis;*
*Sit licet vſque brevis, non erit vſque brevis.*

## PRO AVCTORE.

*CIMMERIIS quondam quæ circumfuſſa tenebris*
*Plurima jam dudum terruit ingenia.*
*Ipſa theatrales redit Ars viſura triumphos*
*Qualis Olympiaci clara lucerna globi.*
*Quid mirum? Obſcuram ſi projicis vndique noctem,*
*Depulſâque jubes nocte ſubire diem.*
*Ars ergo dabit inde alÿs clariſſima lucem;*
*Ipſi Arti lucem tu dare ſolus habes.*

## DEZIMA.

*A LA OBRA.*

YA ſegura as de quedar
Arte, ſin que perecer
De oi mas tẽgas que temer,
Pues no puedes naufragar.
Oi as ſalido del MAR
SAL-ado, purificada:
Y à ſido coſa ajuſtada,
Pues eſta tan aſentado
Es ſu Autor illuminado,
Salga ſu Arte illuſtrada.

*AL AVTOR.*

BREVE luminoſo Sol
Fue de Lulio la dotrina,
Pues de ſu Arte peregrina
Caſi eſpiro el arrebol.
Mas brillante eſte farol
Oi por ti buelve à nacer,
Con que he llegado à creer
Debio à Raymũdo el lucir:
Y à ti, ſegun mi ſentir,
El lucir, y renacer.

†
SOCIETATIS IHS CASTALIDES.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DEVS

# DEVS CVM TVA GRATIA, SAPIENTIA, ET AMORE INCIPIT ARS BREVIS, QVÆ EST IMAGO ARTIS GENERALIS, QVÆ SIC INTITVLATVR.

# DEVS CVM TVA SVMMA PERFECTIONE INCIPIT ARS GENERALIS, ET VLTIMA.

## PROLOGVS.

*RATIO quare fecimus iſtam Artem brevem eſt, vt Ars magna faciliùs ſciatur, nam ſcita iſta arte ſupradicta, etiā aliæ artes de facili poſſunt ſciri, & addiſci.* Finis artis.

*Subjectum hujus artis eſt reſpondere de omnibus quæſtionibus, ſuppoſito quod ſciatur, quid dicitur per nomē.* Subjectū.

*Dividitur iſte liber in* 13. *partes, in quas ſimiliter Ars magna eſt diviſa.* 1. *pars eſt de Alphabeto.* 2. *de Figuris.* 3. *de Diffinitionibus.* 4. *de Regulis.* 5. *de Tabula.* 6. *de Evacuatione* 3. *Figuræ.* 7. *de Multiplicatione quartæ figuræ.* 8. *de Mixtione principiorum & regularum.* 9. *de Novem ſubjectis.* 10. *de Applicatione.* 11. *de Quæſtionibus.* 12. *de Habituatione.* 13. *de mo-* Diviſio.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*modo docendi hanc artem. Et primò de prima parte dicimus ſic.*

## *SCHOLIVM.*

Subjectũ variè ſumitur.

IN prologo ſuperius poſito Illumina. Doct. ſcopum Artis, ſeu finem intrinſecum proponit, ſubjectum declarat, vtque in promptu habeatur, totum partitur opus. Loquitur autem hìc Magiſter de ſubjecto propter quod applicationis in alio: nam in ſe eſt quæcunque ſcientia ab Artiſta habenda. Subjectum veró applicationis circa quod, & vniverſale, ens eſt: ſpeciale exiſtit multiplex; ſcilicet Deus, Angelus &c.

Deinde ſubjectum abſolutionis, in quo, eſt intellectus: ſubjectum de quo, ſivè attributionis, &virtualis continentiæ eſt realis exemplaritas, ſive ſpecularis realitas, & mediũ ſciendi; hoc eſt artificium generale ſciendi, vt egregius Magiſter docet in prologo ſententiarum, & initio Lecturæ ſuper artem, Ianuæ factæ.

## DE PRIMA PARTE, QVÆ EST DE Alphabeto hujus Artis.

## 3. TEXTVS.

Alphabeti vtilitas.

*ALPHABETVM ponimus in hac Arte, vt per ipſum poſſimus facere figuras, & miſcere principia, & regulas ad inveſtigandum veritatẽ. Nam per vnam litteram habentem multa ſignificata, intellectus*

*eſt*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*eſt magis generalis ad reſpiciendũ multa ſignificata, & etiam ad faciendum ſcientiam. Et ipſum quidem Alphabetum corde tenus oportet ſcire; aliter enim Artiſta Arte iſta non poterit bene vti.* Alphabetum corde tenus ſciendum.

## *ALPHABETVM,*

B *Significat bonitatem: differentiam: vtrum: Deum: juſtitiam: & avaritiam.*

C *Significat magnitudinem: concordantiam: quid: Angelum: prudentiam: & gulam.*

D *Significat durationem: contrarietatem: de quo: cælum: fortitudinem: & luxuriam.*

E *Significat poteſtatem: principium: quare: hominem: temperantiam: & ſuperbiam.*

F *Significat ſapientiam: medium: quantum: imaginativam: fidem: & acediam.*

G *Significat voluntatem: finem: quale: ſenſitivam: ſpem: & invidiam.*

H *Significat virtutem: majoritatem: quando: vegetativam: Charitatem: & iram.*

I *Significat veritatem: æqualitatem: vbi: elementativam: patientiam: & mendacium.*

K *Significat gloriam: minoritatem: quomodo, & cum quo: inſtrumentativam: pietatem: & inconſtantiam.*

4. *SCHOLIVM.*

ALPHABETI vtilitas & neceſſitas proximo textu declarantur, latiùſq; probantur, cap. 1. In- Alphabeti neceſſitas.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Introductorij ad artem demonſtrativam; & de ſe patent: ſicut enim puer non poteſt ſyllabas formare, nec proinde dictiones exprimere, quin Alphabetum ſciat, ſic quoque Artiſta non poteſt artizare, ſi Alphabeti artis eſt inſcius. Definitur autem Alphabetum ſic: *Primordiale Artis fundamentum virtualiter omnium dicendorum de Arte & ex Arte contentivum.*

Sicut elementa ad ſyllabas, ita principia ad rationes.

Alphabetum diffinitur.

## DE II. PARTE, QVÆ EST DE Figuris.

## CAPVT PRIM. DE PRIMA FIGVRA.

### 5. TEXTVS.

PARS *iſta in quatuor partes dividitur; videlicet in quatuor figuras.* 1. *Figura eſt de A. Ipſa quidem continet in ſe novem principia; videlicet bonitatem, magnitudinem &c. & novem litteras; videlicet B. C. &c. Eſt circularis, eò quòd ſubjectum mutatur in prædicatum, & è converſo: vt cum dicitur: Bonitas eſt magna: Magnitudo eſt bona: Et ſic de alijs.*

Prima figura eſt circularis: & quare.

*In ipſa quidem figura inquirit Artiſta naturalem conjunctionem inter ſubjectum, & prædicatum; diſpoſitionem, & proportionem, vt ad faciendum concluſionem poſſit medium invenire.*

Inquiſitio medij.

*Quodlibet principium per ſe ſumptum eſt omnino generale: vt cum dicitur bonitas, aut magnitudo. Quando autem vnum principium contrahitur ad aliud, tunc ipſum eſt ſubalternatum; vt cum dicitur: bonitas*

Quodlibet principiũ eſt in ſe generale: In alio ſub alternum.

*mag-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*magna &c. Et quãdo contrahitur aliquod principiũ ad ſingulare, tunc eſt principiũ ſpecialiſſimũ; vt cum dicitur: bonitas Petri eſt magna. Et ſic intellectus habet ſcalã aſcendendi, & deſcendendi á principio omnino generali, ad nõ omnino generale, nec omnino ſpeciale: & à nõ omnino generali, nec omnino ſpeciali ad omnino ſpeciale. Et ſic de aſcenſu iſtius ſcalæ poteſt dici ſuo modo.* Scala.

*In principijs hujus figuræ eſt implicatũ quidquid eſt: nã quidquid eſt, eſt bonũ, & magnũ &c. ſicut Deus, & Angelus &c. qui ſunt magni, & boni, &c. Quapropter quidquid eſt, reducibile eſt ad principia ſupradicta.* Prima figura eſt generalis.

PRIMA FIGVRA.




 SCHO-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

6. SCHOLIVM.

Figura diffinitur.

DEFINITVR figura in præſenti: *Imaginaria, vel imaginabilis poſitio ſignorum, & ſignificatorum, in qua ſigna ſenſibiliter ponuntur, & ſignata eis correſpondentia, vt faciliora cognitu, firmiora memoratu, & vtiliora vſu reddantur.* Sic colligitur ex Doctore noſtro in prologo Compendij artis demonſtrativæ dicente: *In hac Arte figuræ traditæ ſunt, vt per ſenſum imaginatio, & per imaginationem intellectus ſentiat auxilium; & maximè, vt per eas vniverſalia principia in eis appareant, & ad memoriam faciliùs reducantur.* Hinc definitur prima figura (per A. denominata, in ejus centro poſita) ſic: *Poſitio imaginaria circularis, in qua novem Alphabeti ſigna circulariter ponuntur, & ſignificata totidem abſoluta inſeparabiliter ſub circulo repræſentata, vt faciliora cognitu, firmiora memoratu, & vtiliora vſu reddantur.*

Fructus figurarum. Cert. nu. 227.

Prima figura definitur.

Eſt circularis: & quare.

7. Prima figura circularis eſt, quia vno ejus principio tacto, tanguntur omnia. Vnde ſunt æqualis vniverſalitatis, & quod ex vno ſequitur, ex omnibus ſequitur; & quod vni repugnat, omnibus repugnat.

Vſus Artis generalis.

Vſus autem ejus maximé vtilis eſt, & neceſſarius ad verum demonſtrandi medium inveniendum, longèque præſtantior Logico: ſic docet Doct. in Arte magna, part. 10. cap. de Logica; firma enim eſt, & conſtans inventio Artiſtæ, quia

radi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

radicata in primis intentionibus; inventio autem Logici labilis, inſtabiliſq; fundata in ſecundis intentionibus.

8. Pro ſcala hujus figuræ adverte ex Doctore in Arte inventiva veritatis, diſtinctione 4. quæſt. 8. num. 4. fol. 5. quód *principia contractione ſpecificantur, ſpecificatione diverſificantur, & diverſificatione multiplicantur.* Hoc conſideranti patebit. Scala.

Tandem pro implicatione nota, quòd ſemper Artiſta debet reducere terminos implicitos quæſtionis ad explicitos Artis, vt docetur cap. 36. Introductorij ad Artem demonſt. & cap. 13. Artis ſtudioſo dicitur: *Diſce omnia reducere ad aliquam cameram, & ſic ſcies legere ſecundúm hanc Artem; & ex conſequenti omnia ſub brevibus comprehendere.* Ad id autem regulas dabimus, vſuque jugi, & exercitio deveniemus. Nota etiam ex Arte compendioſa, Fig. A. quod in quæſtionibus, *illud eſt aſſerendum, quod cedit in gloriam, & honorem Dei. Et quod vni camerarum contradicit, omnibus contradicit; & quod vni concordat, cæteris concordat: quare omnes mutuò juvantur, vt noſcantur, & ipſe Deus* cognoſcatur, ametur. Reductio. Modus legendi.

## CAPVT SECVNDVM DE Secunda Figura.

### TEXTVS.

9. *SECVNDA figura eſt per T. nominata. Ipſa quidem cõtinet in ſe tres triangulos, & quilibet eſt generalis ad* Secunda figura eſt generalis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*ad omnia. Primus triangulus eſt de differentia, concordantia, & contrarietate. In quo cadit quidquid eſt ſecundúm ſuum modum: nam quidquid eſt, aut eſt ſub differentia, aut concordantia, aut contrarietate, & extra iſta principia non eſt aliquid reperire.*

Species differẽtiæ.

*Sciendum tamen eſt, quòd quilibet angulus iſtius trianguli habet tres ſpecies: nam differentia eſt inter ſenſuale, & ſenſuale, vt puta inter lapidem, & arborem. Iterúm inter ſenſuale, & intellectuale, vt puta inter corpus, & animam. Et adhuc inter intellectuale, & intellectuale, ſicut inter animam, & Deum; aut inter Angelum, & Angelum; aut inter Deum, & Angelum. Et ſic de concordantia, & contrarietate poteſt dici ſuo modo.*

Inventio medij, & ſcala intellectus.

*Et iſta differentia exiſtens in quolibet angulo iſtius trianguli eſt ſcala intellectus, per quam aſcendit, & deſcendit, vt medium naturale inter ſubjectum, & prædicatum poſſit invenire, cum quo medio poſſit concludere, & propoſitionem declarare. Et ſic de ſcala concordantiæ, & contrarietatis poteſt dici ſuo modo.*

Triangulus rubeus.

10. *Alius triangulus eſt de principio, medio, & fine. In quo cadit quidquid eſt: nam quidquid eſt, aut eſt in principio, aut medio, aut fine, & extra iſta principia nihil eſt inventibile.*

Diviſio principij.

*In angulo principij, cauſa ſignificat cauſam efficientem, materialem, formalem, & finalem. Quantitas autem, & tempus ſignificant novem prædicamenta*



(c) 2006 Ministerio de Cultura

accidentium, & ea quæ ad ipſa reduci poſſunt.

In angulo medij ſunt tres ſpecies medij; vt puta medium conjunctionis, quod exiſtit inter ſubjectum, & prædicatũ: ſicut quando dicitur, Homo eſt animal, inter hominem, & animal ſunt media; videlicet vita, & corpus ſuum, ſine quibus homo non poteſt eſſe animal. Item eſt medium menſurationis, quod conſiſtit per actum exiſtentem inter agens, & agibile; ſicut amare inter amans, & amabile. Et adhuc eſt medium extremitatum; ſicut linea exiſtens inter duo puncta. Et iſte angulus medij eſt generalis ſcala intellectui. Medij.

Anguli finis tres ſunt ſpecies. 1. eſt finis privationis, qui quidem ſignificat habitum privativum, & ea quæ ſunt in tempore præterito; vt mors, quæ finit vitã. Secunda ſpecies eſt finis terminationis, qui ſignificat metas; vt ſunt duo puncta, in quibus linea terminatur, ſicut amare in amante, & amato. Tertia ſpecies eſt finis perfectionis, qui eſt finis vltimus; ſicut homo, qui eſt, vt multiplicet ſuam ſpeciem, & vt Deum intelligat, diligat, recolat, & hujuſmodi. Et iſte angulus finis eſt ſcala generalis intellectui. Finis.

11. Tertius triangulus eſt de majoritate, æqualitate, & minoritate: & eſt generalis ad omnia, ſecundùm ſuum modum: nam quidquid eſt, aut eſt in majoritate, aut æqualitate, aut minoritate. Triangulus croceus.

Majoritas habet tres ſpecies. 1. eſt quando majoritas eſt inter ſubſtantiã, & ſubſtantiã; vt puta, ſubſtãtia cæli, quæ major eſt, quã ſubſtantia ignis. 2. ſpecies eſt Diviſio majoritatis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*quando majoritas eſt inter ſubſtantiam, & accidens: ſicut ſubſtantia, quæ eſt major ſua quantitate; ſubſtantia enim per ſe exiſtit, accidens verò nequaquam. 3. Species eſt quando majoritas eſt inter accidens, & accidens: ſicut intelligere, quod eſt majus quàm videre; & videre quàm currere. Et ſicut dictum eſt de majoritate, ita poteſt dici de minoritate; nam relativè ſe habent.*

Minoritatis.

12. *Angulus de æqualitate habet tres ſpecies. Prima eſt quando res ſunt æquales ſubſtantialiter; ſicut Petrus & Martinus, qui ſunt æquales in ſubſtantia. Secunda eſt quando ſubſtantia, & accidens coæquantur; ſicut ſubſtantia, & ſua quantitas. Tertia ſpecies eſt quando eſt æqualitas inter accidens, & accidens: ſicut intelligere & amare, quæ ſunt æqualia in objecto. Et iſte angulus eſt ſcala intellectui, per quam aſcendit, & deſcendit, vt in alijs triangulis dictum eſt. Et quando intellectus aſcendit ad objecta generalia, ipſe eſt generalis; quando autem deſcendit ad particularia, ipſe eſt particularis.*

Æqualitatis.

Æqualitas in objecto

*Iſta figura de T. eſt ſerviens primæ figuræ: nam per differentiam diſtinguit inter bonitatem, & bonitatem; inter bonitatem, & magnitudinem &c. Et per hanc figuram junctam primæ, intellectus acquirit ſcientiam: & quia iſta figura eſt generalis, idcirco intellectus eſt generalis.*

Secunda figura eſt inſtrumétalis.

SECVN-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# SECVNDA FIGVRA.




## *SCHOLIVM.*

13\. DEFINITVR ſecunda figura ſic: *Poſitio imaginaria partim circularis, partimque triangularis, in qua novem ſigna, & totidem reſpectiva ſignificata, diverſis coloribus, pro diverſis triangulis depicta ponuntur, vt faciliora cognitu, firmiora memoratu, vtiliora vſu reddantur.* In cujus centro ponitur T. ad ipſius ſecundæ figuræ denominationem. Secundæ figura definitur.



Vbi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Principia reſpectiva ſunt generalia

Vbi nota quòd licèt principia reſpectiva ſint generalia, & circularia, quatenus trianguli, & anguli omnes mutuò ſe penetrant, ſicut practicatur in cap. 27. Introductorij ad Artem demonſtrativam, & in ipſa Arte demonſtrativa, diſt. 2. á camera TT. tamen quia in ipſa penetratione quilibet angulus ſuum ſervat numerum, alterique opponitur; ideo principia reſpectiva triãgulariter ſunt diſpoſita, & ſub determinato ſuo ſolùm modo omnibus applicabilia. Ita tamen quòd inter illa, inter quæ cadit v. g. majoritas, & minoritas, ſecundùm eundem reſpectum impoſſibilis eſt æqualitas. Id docet egregius Doctor in Compendio artis demonſtrativæ, 2. parte figurarum, de prima parte T. Vide totum diſcurſum illius figuræ, quia maximè facit ad ipſius intelligentiã, & generalem rerum omnium.

Quare diſponuntur triangulariter.

Reſpectus varij.

Deus eſt ſummè perfectus.

14. Et quamvis de Deo communiter negentur contrarietas, & minoritas, vt patet in Lectura ejuſdem Doctoris ſuper Tabulam generalẽ, diſt. 2. per totam partem tertiam figuræ tertiæ, vbi fit mentio de contrarietate, & minoritate; tamen certiſſimũ eſt Deum contrariari malitiæ, hujuſque maximam minoritatem * habere: Deum etiã contrariari dæmoni dicitur in Arte amativa, fig. 2. Quare contrarians eſt, ſed non contrarietas, vt habetur in Arte magna, parte 9. cap. de Deo per contrarietatem deducto: ac proinde in Deo eſt

* Vide nũ. 51. & alijs

con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

contrarietas activa, nō paſſiva. Negantur ergo ſolùm de Deo contrarietas, & minoritas bonitatis, magnitudinis &c. Deus etiam quamvis in ſe, & abſolutè ſummam æqualitatem habeat, nec majoritatem admittat; tamen comparatione creaturarum eſt major, ex Compendio artis demonſtrativæ, de 2. parte A. Cum etiam ibidem Doctor excludit á Deo angulum principij, id monet eſſe, vt comprehendit quantitatem, & tempus, ac cauſam materialem. Idem de efficienti ad intra tenemur dicere latini: ſublatis tamen omnibus imperfectionibus, & accepto principio cum æqualitate Divinæ virtutis, admittendum eſſe in Deo concedit ibidem, de quæſt. A.

Reſpectus varij.

15. Vſus quidem hujus 2. figuræ ita neceſſarius eſt, vt dicat Illuminatus Doctor in Arte demonſtrativa, diſtinct. 3. *de modo intelligere*, in corpore, quód ſicut ruſticus habet equum, & neſcit eum equitare, ſic anima ſine T. habet intellectum, & intelligere neſcit. Cum autem in tota figura T. omnia dicta implicentur, ita vt omnes anguli atteſtentur veritati inventæ oſtenſivè, ex Introductorio, cap. 29. Hinc quilibet triangulus, & quilibet etiam angulus eſt ſcala intellectui ad concludendum, & intelligendum veritatem. Vnde cum Doctor in textu, de triangulo *viridi*, de angulis medij & finis in *rubeo*, ac de angulo æqualitatis in *croceo* monet, quòd ſunt ſcala

Vſus 2. fig. neceſſarius.

Ejus generalitas.

Scala.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

intellectui, id non voluit negare de angulis principij, majoritatis, & minoritatis, ſed ſuppoſuit tanquam omnibus notum, ex locis dialecticis, idque docuit in Compendio, loco ſuperiús citato, verſu *vbi nota*, in fine: & in Arte amativa, figura 2. in fine.

## CAPVT III. DE TERTIA Figura.

16. TEXTVS.

Tertia fig.

*TERTIA figura compoſita eſt ex prima, & ſecunda: nam B. quæ eſt in ipſa valet B. quæ eſt in prima, & ſecunda figura: & ſic de alijs litteris. Ipſa quidem habet in ſe triginta ſex cameras, vt patet eam intuenti. Quælibet camera multa, & diverſa ſignificata habet per duas litteras in ea contentas: ſicut camera BC. multa, & diverſa ſignificata habet per BC. & ſimiliter camera B D. multa, & diverſa ſignificata habet per B D. &c. Et hoc jam patet in Alphabeto ante dicto. In qualibet camera ſunt duæ litteræ in ea contentæ, & ipſæ ſignificant ſubjectum, & prædicatum, in quibus Artiſta inquirit medium, cum quo ſubjectum, & prædicatum conjunguntur: ſicut bonitas, & magnitudo, quæ conjunguntur per concordantiam; & hujuſmodi: cum quo medio Artiſta intendit concludere, & propoſitionem declarare.*

Inquiſitio medij.

17. *In ipſa figura ſignificatũ eſt, quòd vnumquodq;*

*prin-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*principium cuilibet principio attribuitur: ſicut B. cui attribuitur CD. &c. Et C. cui attribuitur DE. &c. vt patet in figura. Ratio hujus eſt, vt intellectus cum omnibus principijs cognoſcat quodlibet principium, vt ad eandem concluſionem deducat multas rationes. Et de hoc volumus dare exemplum in bonitate, de qua facimus ſubjectum; de alijs autem prædicatum: vt bonitas eſt magna, bonitas eſt durabilis, bonitas eſt potens, bonitas eſt ſcibilis, bonitas eſt amabilis, bonitas eſt virtuoſa, bonitas eſt vera, bonitas eſt glorioſa, bonitas eſt differens, bonitas eſt concordans, bonitas eſt contrarians, bonitas eſt principians, bonitas eſt medians, bonitas eſt finiens, bonitas eſt majorificans, bonitas eſt coæquans, bonitas eſt minorificans. Et ſicut diximus de bonitate, ita poteſt dici de alijs principijs ſuo modo.*

Connexio principiorum.

18. *Figura iſta eſt valde generalis, cum qua intellectus eſt valde generalis ad faciendum ſcientiam. Conditio hujus figuræ eſt, quòd vna camera non ſit contra aliam, ſed ad invicem concordent in concluſione: ſicut camera BC. quòd non ſit contra cameram BD. & ſic de alijs. Cum tali quidem conditione intellectus conditionat ſe, & facit ſcientiam.*

Camera cameram adjuvat.

SCHO-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## TERTIA FIGVRA.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| BC | CD | DE | EF | FG | GH | HI | IK |
| BD | CE | DF | EG | FH | GI | HK | |
| BE | CF | DG | EH | FI | GK | | |
| BF | CG | DH | EI | FK | | | |
| BG | CH | DI | EK | | | | |
| BH | CI | DK | | | | | |
| BI | CK | | | | | | |
| BK | | | | | | | |

## 19. SCHOLIVM.

Tertia figura definitur.

DEFINITVR tertia figura ſic: *Poſitio imaginaria triangularis triginta ſex quadrãgulis compacta, in qua ſigna primæ, & ſecundæ figuræ coniunctim ponuntur, eorumque ſignificata ſimul repræſentantur, vt faciliora cognitu, firmiora memoratu, & vtiliora vſu reddantur.*

Vſus 3. fig. triplex.

20. Hæc figura eſt ſcala generaliſſima intel-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intellectui, & præter implicitũ modũ circularem primę, & triangularẽ ſecundæ, ex quibus eſt cõpoſita, habet triplicẽ explicitũ procedendi modum ſimplicem, tribus lineis deſignatum; nempè deſcenſivum, ſivè ſubjectivum; aſcenſivum, ſivè prædicativum; & tranſverſivum, ſivè collativum. Et his diverſis procedendi modis docetur mutuũ camerarum juvamen, & quòd ſingulæ ſingulis, & omnibus ſunt annexæ: ſic vt quod vni camerarum contradicit, omnibus contradicit, & quod vni convenit, cæteris concordat, ſervatis etiam ſemper conditionibus ſemel aſſumptis, ne monſtra ſequantur. Iuvamen. Conditio termini ſervanda.

Hínc quælibet camera eſt ſubjectum generale perquirendi particularia; & vna tacta tanguntur omnes, ratione mutuæ mixtionis earum, ſicut docet Doctor in Arte amativa, figura tertia. Quartum & quintum procedendi modum compoſitũ dabimus in Lectura ſuper Artẽ magnam. Combinatio mutua.

## CAPVT IV. DE QVARTA Figura.

### TEXTVS.

21 QVARTA *figura habet tres circulos, quorum ſuperior eſt immobilis, duo autem inferiores ſunt mobiles, vt in figura patet. Circulus medius volvitur ſub circulo ſuperiori immobili, vt puta, quando ponitur* Quarta figura.

B C.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

C. ſub B. Circulus autem inferior volvitur ſub circulo medio; ſicut quando ponitur D. ſub C. & tunc temporis formantur novem cameræ: B C D. eſt vna camera: C D E. eſt alia: & ſic de alijs. Deinceps E. circuli minoris ponatur ſub C. circuli mediocris: & tunc formantur aliæ novem cameræ: videlicet B C E. eſt vna camera: C D F. eſt alia camera. Et cum omnes litteræ circuli minoris erunt diſcurſæ cum B. circuli majoris, & cum C. circuli mediocris, tunc temporis C. eſt mediũ inter B & D. eò quia B & D. participant adinvicem per ſignificata de C. & ſic de alijs cameris. Et ſic per media camerarum homo venatur neceſſarias concluſiones, & invenit illas.

Inventio medij.

22 Iterùm diſcurrantur litteræ circuli inferioris cum B. ejuſdem circuli majoris, & cum D. circuli mediocris: & ſic fiat de alijs litteris circuli mediocris & inferioris, mutando illas, B. circuli majoris exiſtente immobili, vſquequo perveniatur cum B. circuli majoris ad I. circuli mediocris, & ad K. circuli inferioris: & ſic erunt ducentæ quinquaginta duæ cameræ.

Cameræ 252.

Figura iſta generalior eſt quàm tertia; quia in qualibet camera iſtius quartæ figuræ ſunt tres litteræ; ſed in qualibet camera tertiæ figuræ non ſunt niſi duæ: & ideo intellectus generalior eſt per quartam figuram, quàm per tertiam.

Intellect⁹.

Conditio

23 De conditione quartæ figuræ eſt, quòd intellectus applicet illas litteras ad propoſitum, quæ videntur magis applicabiles propoſito: & facta camera de

tribus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*tribus litteris, recipiat ſignificata litterarum reſpiciendo convenientiam exiſtentem inter ſubjectum, & prædicatum, evitando inconvenientiam. Et cum iſta conditione intellectus facit ſcientiam per quartam figuram, & habet multas rationes ad eandem concluſionem.*

*Diximus de quatuor figuris, quas corde tenus oportet ſcire, & ſine quibus Artiſta hac arte non poteſt vti, neque eam practicare.* Artiſta.

## QVARTA FIGVRA.




(c) 2006 Ministerio de Cultura

## 24 SCHOLIVM.

Quarta figura definitur.

DEFINITVR quarta figura: *Poſitio imaginaria circularis tres continens circulos, ſupremum immobilem, cæteros verò mobiles; in quibus omnibus ſigna circulariter ponuntur, & per illa repræſentantur ſignificata omnia, vt faciliora cognitu, firmiora memoratu, & vtiliora vſu reddantur ad conjunctionis terminorum multiplicationem.* Vt enim monet Doctor in Arte amativa boni, de diviſione operis: *Per figuras faciliùs cognoſcimus correſpondentiam terminorum.* Et de quarta figura agens dicit in fine: *In hac quarta figura, & vltima comprehenditur Ars tota, & in ea ſummatim ſpeculari poteſt & habituari; nam totius Artis proceſſum ſignificat ipſa mixtio litterarum.*

Inventio medij.

Fructus figurarum. Cert. pag. 367.

Modi diſcurrendi.

25 Modi autem procedendi in hac figura ſunt octo: primus eſt cum ex tribus litteris diverſis fit vna camera exiſtens antecedens, cæteris cameris exiſtentibus conſequentibus: vt ſi dicas: BCD. &c. Et CDE. DEF. &c. Poteris etiam ponere antecedens quamlibet aliam camerã, dicendo v. g. EFG. eſt FGH. GHI. &c. Iſtum quidem modum ponit expreſſe Magiſter in Arte amativa, figura quarta. Septem autem ſequentes modi ad numerum octavum complendum, fiunt ſeptem circulationibus medij, & infimi circuli ſub ſupremo, ſicuti patet in textu. In qualibet

autem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

autem circulatione, tam medij, & infimi circuli ſub ſupremo, quam infimi tantùm ſub medio, & ſupremo, poteris vti modo procedendi primo, quem ſemper variatum habebis, vt intuenti patebit; nam ſi in prima diſpoſitione circulorũ habetur antecedens camera B C D. moto infimo circulo, ſub medio & ſupremo, jam aliud habetur antecedens in eadem columna; ſcilicet B C E. Et ſic in omnibus alijs circulationibus imaginaberis. Ex quo præcellentẽ fœcunditatem hujus quartæ figuræ invenies tantam, quam vix ſit humani ingenij numerare. Fœcũditas 4. figuræ.

26 Circa diſpoſitionem 4. figuræ nota, primũ circulum, ſivè ſupremum poni immobilem, ad ſignificandum ſtabilitatem, & immobilitatẽ ſubjecti quæſtionis, ac conditionis ejus, in quo diſputantes ſemper convenire debent, ne æquivocatio locum habeat, aut formentur propoſitiones de ſubjecto non ſupponente; ſive ſimpliciter & abſoluté, quæ ſic proinde falſæ etiam ſunt, ex communi regula, *Propoſitio de ſubjecto non ſupponente eſt falſa*; ſivè ſecundùm quid tantùm, ac comparatione reſpondentis, qui etiam legitimè tenetur non admittere conſequentiam, quæ habet aliud ſubjectum, vel aliàs conditionatum, à propoſito in quæſtione. Idẽ de prædicato dices; variato etenim, vel conditione ejus mutata, variatur quæſtio. Quare ſivè rationes concludant Conditio termini ſervanda. Variata va riat quæſt.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

variato ſubjecto, ſivè variato prædicato quæſtionis, non erunt ad rem.

Vnum medium oſtendit per aliud. 27. Medius veró circulus, & infimus ponuntur mobiles, ad ſignificandum varietatem mediorum ad aſſumptum probandum, quæſitumque reſolvendum: quod quidem medium ſemper debet aſſumi proportionatum extremis, & eorum conditionibus; nam aliás argumentum erit nullum. Ad medium autem inveniendum tota Ars facit; ſed recurrendum eſt maximè ad regulas, quæ etiam docent paralogyſmos diſſolvere. Ita docet Doctor in fine logicæ novæ, cap. 27.

Medium.

Paralogyſmi.

## DE TERTIA PARTE, QVÆ EST de Diffinitionibus.

### 28 TEXTVS.

*IN hac Arte ſua principia diffiniuntur, vt per definitiones ipſa cognoſcantur, & vt ipſis homo vtatur affirmando, aut negando tali modo, quòd diffinitiones remaneant illæſæ. Et cum talibus conditionibus intellectus facit ſcientiam, & invenit media, & frangit ignorantiam, quæ eſt ſua inimica.*

Inventio medij.

### 29. SCHOLIVM.

QVIA in hac parte Magiſter ſuccinctè agit de diffinitionibus principiorum, & major eorum deſideratur notitia; ideo petentiū animis ſatiſ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſatisfacientes, de ſingulis definitionibus, per ſpecialia capita, neceſſaria dicemus, non aliunde quàm ab ipſo eodem fonte, & Magiſtro noſtro, ex brevi, inquam, Lectura tabulæ generalis deprompta; ſuppoſita priùs in ipſius capitis initio, definitione principij, quæ in textu Artis brevis ponitur.

## CAPVT I. DE DIFFINITIONE Bonitatis.

30\.

*BONITAS eſt ens, ratione cujus bonum agit bonum, & ſic bonum eſt eſſe, & malum non eſſe.* Bonitas

Hoc eſt dictum, quód bonitas, quæ eſt ſuſtentata in proprio ſubjecto ſuo, quod bonum eſt per ipſam, ſicut coloratũ, quod coloratũ eſt per ſuũ colorẽ, eſt ipſi ſubjecto ratio, vt agit bonũ. Abſtractũ eſt ratio agendi.

Et quando dicitur, quòd bonum eſt eſſe, & malum non eſſe; intelligitur, quód bonum eſt eſſe bonum; & malum eſt non eſſe illud bonum; vel ſic, bonum eſt eſſe, & malum eſt non eſſe hoc eſſe, quod bonum eſt; & non eſſe eſt malum. Vel aliter: bonum eſt eſſe; ergo bonum eſt, quod bonitas ſit; & malum eſt, quod bonitas non ſit; vel ſic, bonum eſt eſſe bonitatis, & malum eſt non eſſe bonitatis.

31\. Si aliquis vellet hanc diffinitionem lædere, vel offendere, dicendo ipſam diffinitionẽ non eſſe veram, deberet Artiſta ipſam juvare, & defen- Vna definitio probatur per aliam.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

defendere cum alijs diffinitionibus principiorum; ſicut cum diffinitione magnitudinis, per quam bonitas eſt magna: quam magnitudinem non haberet bonitas, niſi eſſet ratio, per quam ſuum ſubjectum ageret bonum. Et ſic de diffinitione durationis; quoniam bonum durare non poſſet, niſi bonitas eſſet ei ratio bonificandi. Et de diffinitione poteſtatis; quia niſi bonitas eſſet ratio boni, bonum non haberet, ſub qua ratione poſſet agere bonum: & ſic de alijs.

Mutuum juvamen.

## CAPVT II. DE DIFFINITIONE Magnitudinis.

32

Magnitudo.

*MAGNITVDO eſt id, ratione cujus bonitas, duratio &c. ſunt magnæ, ambiens omnes extremitates eſſendi.* Quando dicitur, *magnitudo eſt id, ratione cujus &c.* hoc eſt dictum, quòd magnitudo eſt ens, ſub quo, & per quod omne magnum eſt magnum; cum magnum ſit de genere magnitudinis, ſicut calidum quod eſt de genere caliditatis. Et propter hoc dicitur in diffinitione; *ambiens omnes extremitates eſſendi*; ſcilicet ſub genere magnitudinis, cum nullum ens abſque magnitudine eſſet magnum.

33 Vnde ſi aliquis diceret, quòd magnitudo non ambit omnes extremitates eſſendi, eò quód nulla bonitas creata eſt ſubſtantia, ſed accidens; & ſic magnitudo non magnificat, cum bonita-

bonitatem relinquat ſub eſſe accidentis, quod eſt parvum eſſe, reſpectu eſſe ſubſtantiæ?

Ad hoc reſpondendum eſt per diffinitionem poteſtatis, quæ dicit, quód *poteſtas eſt per quã bonitas, magnitudo &c. poſſunt exiſtere, & agere.* Quæ diffinitio non eſſet vera, ſi magnitudo eſſet ita ligata, quòd ſubſtantia non poſſet magnificare ſubſtantialiter, ſicut accidens accidentaliter; quod eſſet malum contra bonitatem, & diffinitionem ejus; & parvum contra magnitudinem, & contra diffinitionem magnitudinis: quoniam bonitas non eſſet ratio, per quam bonum produceret bonum ſubſtantialiter, ſed accidentaliter; & per conſequens magnitudo non eſſet ratio, per quam magnum ageret ſubſtantialiter, ſed accidentaliter: & ſequeretur quòd ſubſtantia eſſet magis bona, magis magna, & magis ratio, & nobilior ratio per accidens, quám per ſeipſam: & accidens magis bonum, magis magnum, & melior, ac nobilior ratio, quàm ſubſtantia. Et ſic ſequeretur, quód diffinitiones poteſtatis, & aliorum principiorum deſtruerentur; quod natura vniverſi pati non poſſet.

Mutuum juvamen diffinitionum.

Datur bonitas ſubſtantialis, & accidẽtalis.

Vniverſũ à Deo liberè cõditũ, dũ eſt, neceſſariò eſt. Cert. num. 146. pag. 208.

## CAPVT III. DE DIFFINITIONE Durationis.

34

DVRATIO *eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. durant.* Quando dicitur, quòd

Duratio.

*dura-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*duratio eſt id, ratione cujus*, vel per quod *bonitas, magnitudo &c. durant.* Hoc eſt dictum, quòd ſub ratione durationis durat quidquid eſt durabile; ſicut ſub ratione frigiditatis eſt frigidũ quidquid eſt frigidum. Vndè ſi aliquis vult deſtruere illam diffinitionem durationis, dicendo quòd bonitas corruptibilis non durat in ſubjecto corruptibili, in quo eſt. Ad hoc reſpondendum eſt per diffinitionem bonitatis, & poteſtatis; quoniam bonum eſt, quód ſit corruptio, ad hoc vt ſit generatio; quia generatio abſque corruptione eſſe non poſſet: ſicut ſi bonitas ſemper duraret in pane, non eſſet mutatio, nec poteſtas eſſet ratio per quam humidum radicale poſſet exiſtere; nec agens naturale poſſet agere bonum per humidum nutrimentale. Vnde ſequeretur deſtructio vniverſi.

Generatio vnius eſt corruptio alterius: exponitur in Cert. nu. 20. p. 16.

## CAPVT IV. DE DIFFINITIONE Poteſtatis.

35 Poteſtas.

POTESTAS *eſt ens, ratione cujus bonitas- magnitudo &c. poſſunt exiſtere & agere.* Hoc eſt dictum: *Bonitas eſt*; & quia eſt, poteſt eſſe, poſtquam eſt; & hoc per poteſtatem, quia ſine poteſtate non poſſet eſſe bonitas id, quod eſt. Et quia dicitur in diffinitione: *& agere*, eſt poteſtas ratio per quam bonitas, magnitudo &c. poſſunt age-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

agere; *quia agere, abſque poteſtate eſſe non poteſt.* Vnde ſi aliquis hanc diffinitionem poteſtatis lædere vellet, dicendo quòd bonitas non poteſt agere, ſed agens agit ex bonitate, ſivè cum bonitate, concedendum eſt; tamen adhuc manet diffinitio poteſtatis vera; cum agens ſine poteſtate non poſſit agere de bonitate, nec cum bonitate. Et hoc vult diffinitio veritatis, quæ dicit; quód *veritas eſt id, quod eſt verum de bonitate, magnitudine &c.* Et in hoc etiam conſentit diffinitio ſapientiæ, cum ſit intelligibilis diffinitio poteſtatis.

Actiones ſunt ſuppoſitorũ.

## CAPVT V. DE DIFFINITIONE Sapientiæ.

36

SAPIENTIA *eſt id, ratione cujus ſapiens intelligit.* Diffinitio ſapientiæ intelligitur duobus modis; videlicet ſecundùm intellectum, & ſecúndúm inſtinctum naturalem: nam ſicut intellectus eſt id, ratione cujus intelligens intelligit; ſic inſtinctus naturalis eſt id, ratione cujus agens naturale producit ſuum effectum: ſicut inſtinctus ignis, qui eſt id, ratione cujus ignis ignificat, vt in ipſo ignificato ſuus quieſcat appetitus, ſicut in intellecto intellectus quieſcit.

Sapientia.

Vndè ſi aliquis diceret, quod diffinitio ſa-

Definitiò vnius &c.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſapientiæ non eſt vera, debet Artiſta improbarē dictum per diffinitiones aliorum principiorum; ſicut per diffinitionem magnitudinis. Quoniam magnitudo magnificat intellectum, vt propriè ſit intellectus id, ratione cujus ſapiens intelligit; quem intellectum non magnificaret, niſi haberet dictam proprietatem, ita quód illa proprietas eſſet de eſſentia intellectus: quam proprietatem, ſecundùm hanc ſcientiam dicimus intellectum agentem, per quam intelligit: & ſic de proprio intelligibili, quòd intellectum paſſibilem vocamus, in quo intellectus agens intellectificat, & characterizat ſpecies ab extra receptas, per proprium intelligere. Ita quòd omnes tres ſunt de eſſentia intellectus, & primariæ, aut veræ eſſentiæ, ſivè potentiæ ad intelligendum ſpecies. Hæc de intellectu. Et ſic de inſtinctu naturali valet dici.

Intellectus. Actus. Potentiæ. Correlativa innata ſũt ſubſtãtialia.

## CAPVT VI. DE DIFFINITIONE Voluntatis.

37

Voluntas.

VOLVNTAS *eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ſunt deſiderabiles.* Hæc diffinitio voluntatis intelligitur duobus modis; ſcilicet ſecundúm deſiderabilitatem, quæ pertinet ad appetitum rationalem; & ſic voluntas eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. ſunt deſiderabiles per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per voluntatem: & ſecundùm deſiderabilitatem quæ pertinet ad appetitum naturalem; ſicut ignis qui appetit agere bonum, & magnum ignitum, ſivé calefactum; & ſic de alijs. Vnde ſi aliquis diceret, quòd iſta diffinitio non eſt vera, poteſt Artiſta improbare illius dictum per diffinitionem magnitudinis; ſicut dictum eſt de diffinitione intellectus, vel ſapientiæ.

## CAPVT VII. DE DIFFINITIONE Virtutis.

38

VIRTVS *eſt origo vnionis bonitatis, magnitudinis, & cæterorum principiorum.* Hoc intelligẽdum eſt ſic: quód virtus communicat, & ſubintrat, & penetrat alia principia, & poſtmodum oritur, aut egreditur cum habitibus ipſorum principiorum: ſicut virtus panis, quæ ſubintrat virtutem elementativam, vegetativam, & ſenſitivam, quæ ſunt de eſſentia corporis humani; & vegetando, nutriendo, convertendo & tranſmutãdo dimittit ſpeciem panis, & bonitatem, magnitudinem, & cætera ipſius panis; & oritur habituata de bonitate, magnitudine &c. corporis, in quo eſt ſuſtentata & deducta.

Virtus.

Nutritio.

Vnde ſi aliquis dicat, quód diffinitio non eſt vera, debet Artiſta conſiderare diffinitiones principiorũ; ſicut diffinitionẽ poteſtatis, & cõcordantiæ;

&

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& per iſtas improbare dictum deſtruentis diffinitionem, vt virtus poſſit exiſtere & agere in naturalibus per diffinitionem poteſtatis: & ſimiliter de concordantia, vt origo virtutis ſit vna, & ex pluribus producta juvando, & concordando. Et hæc diffinitio data eſt ſecundùm agentiam, vt Artiſta ſciat dare doctrinam & modum, per quem ſciat homo per agentiam diffinire naturam agentis.

Diffinitio per agentiam,

## CAPVT VIII. DE DIFFINITIONE Veritatis.

39

Veritas.

V*ERITAS eſt illud, quod eſt verum de bonitate, magnitudine &c.* Quæ diffinitio intelligenda eſt ſic: id eſt, hoc verum eſt, quòd bonitas poteſt eſſe per poteſtatem; & volita ſivè amata per voluntatem; & eſt effectus veritatis, quæ hoc verificat, ſine qua prædicta non eſſent verificabilia, nec verificata. Vnde ſi aliquis hanc diffinitionem impugnaret, debet Artiſta conſiderare cum qua diffinitione poſſit fortificare diffinitionem veritatis: quoniam ſicut intelligibilia non poſſunt eſſe ſine intellectu, & amabilia ſine voluntate, ſic verificabilia eſſe non poſſunt ſine veritate: quod ſi eſſent, ſuperfluum & vacuum eſſet in natura. Quod turpe, & inconveniens eſt dicere.

Vacuum.

CA-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT IX. DE DIFFINITIONE Gloriæ.

40

GLORIA *eſt ipſa delectatio, in qua bonitas, magnitudo &c. quieſcunt.* Hoc eſt, per gloriam cætera principia attingunt ſuum finem, ſivè ſua appetibilia; & propter hoc in ipſa gloria, tanquam in ſuo ſubjecto quieſcunt. Vnde ſi aliquis vellet impugnare ipſam diffinitionem, debet Artiſta reſpondere per diffinitionem principij, & finis; quoniam gloria eſt principium vltra quod nullum eſt appetibile; quod ſi eſſet vltra gloriam aliquid appetibile, nunquam eſſet quies: & ſi nõ eſſet quies, diffinitio finis ſtare non poſſet, ac vera non eſſet: quod eſt impoſſibile.

Gloria.

Gloria eſt ſtatus perfectus.

## CAPVT X. DE DIFFINITIONE Differentiæ

41

DIFFERENTIA *eſt id, ratione cujus bonitas &c. ſunt rationes inconfuſæ, ſive claræ.* Et intendit dicere hæc diffinitio, quód ſunt rationes apparẽtes per lumẽ, quod diſtinguit inter vnũ principium & aliud tali modo, quòd quodlibet principium remanet in ſuo numero exiſtẽs hoc, quod eſt; & non hoc, quod eſt aliud (*quod intellige in creaturis; nam in Deo dignitates non diſtinguuntur numero*

Differẽtia.

Dignitates Dei quomodò diſtinguãtur Cert. nu. 119. pag. 162.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*numero; ſed merè formaliter*) Vnde ſi aliquis vellet impugnare hanc diffinitionem, cum principiũ ſit quid confuſum; nã bonitas, magnitudo, & cætera omnia ſunt principia. Artiſta reſpondere debet per diffinitionem concordantiæ, per quam omnia principia concordant, vt ſit vnum principium generale, ſub quo ſint plura principia ſpecialia: ſicut bonitas quæ eſt principium ſpeciale, & ſic de magnitudine, per principium generale: ſicut principum generale, quod eſt bonum ſpeciale per bonitatem generalẽ.

Totum potẽtiale eſt confuſum.

Quodlibet principiũ in ſe eſt generale: in alio fit ſpeciale.

## CAPVT XI. DE DIFFINITIONE Concordantiæ.

42

Concordantia.

*CONCORDANTIA eſt id, ratione cujus bonitas &c. in vno, & in pluribus concordant.* Hoc eſt concordant in termino à quo, vt tendant ad terminum ad quem. Et dicimus in hac Arte terminum á quo, quando ipſæ res incipiunt habere concordantiam in ſeipſis; & terminum ad quem vocamus vnum finem, ad quem tendunt, & in quo concordant ipſæ res plures: ſicut bonitas, magnitudo, duratio, poteſtas &c. quæ concordant invicem, vt per bonificare, magnificare, durare, poſſificare &c. tendant ad terminum ad quem (quem terminum finem vocamus) vt in ipſo quieſcant.

Actiones terminantur ad ſuppoſita.

Hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

43 Hoc idem dicitur de elementis, quæ concordant invicem, & remanendo id, quod ſunt eſſentialiter, tendunt ad elementatum igniendo, calefaciendo: aërificando, humefaciendo: aquæificando, frigefaciendo: terreificando, deſſiccando; & ſic de alijs rebus iſtis ſimilibus. Elementa manent in mixto.

Vndè ſi aliquis diceret, quòd præmiſſa diffinitio non eſt vera: reſpondeat Artiſta per diffinitionem finis; quia ſi diffinitio, quàm dedimus de concordantia, non èſſet vera, ſed ſuum oppoſitum; natura in hoc pateretur, quód nullum principium in fine quieſcere poſſet: quod eſt impoſſibile.

## CAPVT. XII. DE DIFFINITIONE Contrarietatis.

44

CONTRARIETAS *eſt quorundam mutua reſiſtentia propter diverſos fines*. Hoc eſt dictum, quòd plures res, privatâ inter ipſas concordantiâ tēdunt ad plures fines contrariando invicem; ſicut ignis ad calefaciendum hominem, & aqua ad frigefaciendū, & aër ad humificandum, & terra ad deſſiccandum. Hoc idem eſt de actibus ſpiritualibus; ſicut voluntatis ad luxuriandum per delectationē carnis; & intellectus ad habendum caſtitatem per conſcientiam, & juſtitiam, & ſic de alijs. Vnde ſi aliquis ſe opponere vult contra dictam diffinitionem; reſpondeat Artiſta per diffinitionē finis; quoniam prædicta Cōtrarietas.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

diffinitio eſt intelligibilis, & per diffinitionem finis quieſcit intellectus, affirmando diffinitionem eſſe veram.

## CAPVT XIII. DE DIFFINITIONE Principij.

45

Principiũ.

P*RINCIPIVM eſt id, quod ſe habet ad omnia ratione alicujus prioritatis.* Hoc eſt dictum, quód principium ſecundùm ſuum genus, & ſuas partes eſſentiales primarias eſt principium vniverſale omniũ aliorum principiorũ, quæ ſub ipſo ſunt principia ſpecialia; ſicut intellectus creatus, qui cum ſuo intelligẽte, intelligibili & intelligere, quæ ſunt partes ejus coeſſentiales, primariæ, veræ, neceſſariæ, per quas cauſat intelligibilitates rerum, videlicet intelligibilitatem leonis, lapidis, roſæ &c. Et ſic de bonitate, quæ cũ ſuo bonificante, bonificabili, & bonificare, quæ ſunt partes ejus primariæ, coëſſentiales, & veræ, cauſat bonificabilitates inferiores, & ſpeciales. Et ſic de elementis ſimplicibus, quæ cauſant compoſita elementa. Dicimus ergo quód principium, quod generale eſt, cauſat, & facit quòd bonitas ſit principiũ ſpeciale; & ſic de magnitudine, & alijs. Vnde ſi aliquis diceret, quòd hæc diffinitio non eſt vera; reſpondeat Artiſta per diffinitionem magnitudinis, & veritatis; cum per magnitudinem genus ambiat plures ſpecies, & veritas hoc verificet.

Tria correlativa.

Principiũ generale.

CA-

# CAPVT XIV. DE DIFFINITIONE Medij.

46

*MEDIVM eſt ſubiectum, in quo finis influit principio, & principium refluit fini, & eſt ſapiens naturam vtriuſque.* Cum dicitur, quòd *medium eſt ſubiectum, in quo, ſiuè per quod finis influit principio &c.* hoc eſt dictum, quód inter principium, & finem eſt dare medium; ſicut inter duo puncta, quæ ſunt extremitates lineæ, eſt ipſa linea medium, & ſubiectum per quod primum punctum, & ſecundum participant in natura. Hoc idem intelligi poteſt de quinta eſſentia, & elementatis; inter quæ eſt mediũ, ſcilicet quatuor maſſæ, quæ elementa compoſita vocantur: quæ ſiquidem maſſæ ſunt ſubiectum recipiens influentias á ſuperioribus & transfundens eas in elementatis per lineam continuam, quod eſt ſubiectum diſcretarum quantitatum; quæ quantitates diſcretæ in ſubiectis indiuiduorum ſuſtentatæ ſunt, vt ipſæ ſubſtantiæ, ſcilicet homo, leo, capra &c. menſurationem habeant: corrupto autem elementato refluit principium, ſcilicet materia ipſi medio, vſque ad quintam eſſentiam; & verè non poteſt; quia quinta eſſentia incorruptibilis eſt, & inaugmentabilis, nec talium receptibilis; ſed fit refluxus vſque ad maſſas, quæ ſunt principium generale ad generandum, & nutriendum.

Medium.

Inter principium, & finem.

Quinta eſſentia eſt Cælum.

Quatuor ſphæræ. vide n. 225.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vnde ſi objiciatur contra iſtam diffinitionem generalẽ; reſpondeat Artiſta per eandem diffinitionem medij, & diffinitionem poteſtatis; quoniam ſi diffinitio medij eſſet falſa, poteſtas ſine medio non eſſet omnino id, ratione cujus poteſt eſſe influentia, & refluentia á corporibus ſuperioribus, & inferioribus, & ceſſarent agentia principiorum: quam ceſſationem natura ſuſtinere non poſſet, quia deſtrueretur vniverſum.

Quatuor maſſæ ſũt medium fluxus, & refluxus.

## CAPVT XV. DE DIFFINITIONE Finis.

Finis.

47 *FINIS eſt id, in quo principium quieſcit.* Hoc eſt dictum: principium in vltimo fine quieſcit cum ſuis terminis proprijs, veris, primis, eſſentialibus, naturalibus, & neceſſarijs, tali modo quòd finis, in quo quieſcit, habeat eoſdem terminos; ſicut principium, quod cum ſuo principiante, principiabili ſive principiato, & principiare, quæ ſunt de ſua eſſentia quieſcit in fine, qui habet ſuum finientem, finibilem, & finire; & ſicut principium, quod quieſcit in intellectu, qui habet ſuum intellectivum, intelligibile, & intelligere; & in bonitate, quæ habet ſuum bonificantem, bonificabilẽ, & bonificare; & in igne, qui habet ſuum ignientem, ignibilem, & ignire; & ſic de alijs.

Tria correlativa.

Vnde ſi aliquis inſurgeret contra præmiſſam diffinitionem, dicendo quòd principium non

quieſcit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quieſcit in fine conſumptivo, & finiente, finibili, & finire: reſpondeat Artiſta per diffinitionem magnitudinis, & durationis; quia data diffinitio finis non intelligitur de fine privativo, ſeu conſumptivo, ſed de fine poſitivo, & perfectivo. Quare, ſi finem ad omnia ſua inferiora communem vis definire, dices. *Finis eſt id, ratione cujus bonitas magnitudo &c. finiuntur, ſivè privativè, ſivè terminativè, ſivè perfectivè.*

Privatio deficit, nõ perficit.

Finis generaliſſimè dictus.

## CAPVT XVI. DE DIFFINITIONE Majoritatis.

49

M*AIORITAS eſt imago immenſitatis, magnitudinis, bonitatis, æternitatis, & cæterarum Dei dignitatum.* Hoc eſt dictum, quód majoritas eſt figura ſignificativa, quæ ſignificat illam ſubſtantiam, in qua eſt plus de bonitate, magnitudine &c. ſine contrarietate, nec minoritate; aut in qua eſt minus de contrarietate, & minoritate.

Majoritas.

Vnde ſi objiciatur, quòd diffinitio non eſt vera, cum in Deo non ſit majoritas, nec minoritas: reſpondendum eſt per diffinitionem magnitudinis, quæ intendit dicere, quód Deus eſt magnus per coëſſentiale, & coëquale magnificativum, magnificabile, & magnificare; quæ ſunt de ſua eſſentia æternaliter, & infinité, ſine aliqua majoritate, nec minoritate coëſſentiali; ſed reſpectivè,

Tria correlativa.

ſivè

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Deus eſt major creaturis omnibus.

ſivè comparativè dicitur, quòd Deus eſt major, quàm omnia entia creata; ſicut monuimus ſupra, parte 2. in ſcholio ſecundæ figuræ, n. 14. Et per talem majoritatem, diffinitio majoritatis eſt vera.

## CAPVT XVII. DE DIFFINITIONE Æqualitatis.

50

Æqualitas

*ÆQVALITAS eſt ſubjectum, in quo finis concordantiæ, bonitatis, magnitudinis &c. quieſcit.* Hoc eſt dictum, quòd divinæ dignitates, quæ ſunt bonitas, magnitudo & cætera principia primæ figuræ concordant æqualiter cum actibus eorum in eſſentia Divina, bonificando, magnificando, æternando, poſſificando, ſciendo, amando, & ſic de alijs; ſine qua æqualitate actuum, finis concordantiæ eorum non haberet ſubjectum, in quo quieſcere poſſet. Hoc idem intelligitur in creatis; ſicut in memoria, intellectu, & voluntate in Patria, vt in ſupremo objecto quieſcere poſſint per æqualitatem, quam habent in contemplando Deum cum æquali recolere, intelligere, & amare, & cum æquali bonitate, magnitudine &c. Et ſic de alijs; ſicut Petrus, & Martinus, qui æqualiter quieſcunt per ſpeciem. Vnde ſi diceretur, quòd diffinitio non eſt vera: reſpondeat Artiſta per diffinitionem virtutis, quæ non eſſet vera, ſi prædicta diffinitio æqualitatis eſſet falſa.

Perfectiſſima in Deo.

Beatitudo.

CAPVT

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# CAPVT XVIII. DE DIFFINITIONE Minoritatis.

51 MINORITAS *eſt ens circa nihil.* Hoc eſt dictũ, quód in nullo ente eſt ita parum de bonitate, magnitudine &c. ſicut in minoritate: & propter hoc minoritas eſt magis conſumptiva, & privativa quám aliquod aliud principium hujus Artis. Vnde ſi aliquis diceret, quòd diffinitio non eſt vera; cum magna malitia per ignorantiam ſit magis privativa, quàm parva malitia; reſpondere debet Artiſta per diffinitionem poteſtatis; quoniam magnum malum eſt privativum, cum magnitudine bonitatis: & magna ígnorantia eſt privativa cum magnitudine intelligendi, non deficiente actu poteſtatis: & ſic oppoſitio non valet.

Minoritas.

Eſt conſumptiva per ſe.

52 Ratio hujus ſolutionis eſt, quia ſicut ex Doctore noſtro in Arte magna, parte 8. ſect. 1. cap. 18. de minoritate per principia deducta: *Minoritas, per bonitatem non eſt circa nihil; eò quia bonitas ſemper eſt circa aliquid*: ita etiam magna malitia, per ignorantiã non eſt; eó quia ignorantia privat, & non ponit per ſe; ac proinde magna malitia non eſt per ignorantiam magis privativa: nam privativa, vt docet Doctor in Arte inventiva veritatis, diſtinctione 3. Regula 8. §. de moralitate, ſolùm ſunt per ſubjectum, in quo ſunt; ſicque

Non per bonitatem &c.

Privativa ſolũ ſunt per ſubjectum.

ſolùm

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quomodò diſtinguantur. ſolùm ratione ſubjecti differt vnum privativum ab alio privativo. Vnde cæcitas á ſurditate, per ſe differre non poteſt, quia nihil per ſe ponunt in ſubjecto: differt autem cæcitas à ſurditate, illâ eâdem differentia, qua viſus differt ab auditu.

53 Hinc dicendum eſt in caſu, quód magna malitia ſolùm differt á parva malitia, illâ eâdem differentia, qua magna bonitas differt à parva bonitate; quia ſicut malitia, quæ quid privativũ eſt, non eſt per ſe extra ſubjectũ, nec per ſe in ſubjecto aliquid; ſed tantũ eſt per ſubjectum aliquid in ipſo ſubjecto; ita magna malitia eſt ſolũ per magnã bonitatẽ, & cum magna bonitate aliquid: & parva malitia ſolũ eſt aliquid per parvã bonitatẽ, & cũ parva bonitate. Ideo dicit Doctor, quód oppoſitio nõ valet: ſi enim magnũ malũ, quod eſt privativũ, eſt ſolũ cũ magnitudine bonitatis, & parvũ malũ eſt ſolúm cũ parvitate bonitatis; ſequitur manifeſtè, quòd parvitas, ſeu minoritas malitiæ dicit minus entitatis, per quam ſolúm eſt, quàm magnitudo malitiæ.

Malitia quomodó ſit.

Parva dicit minus eſſe quám magna.

54 Sed nota, quòd non dicimus, quòd malitia ſit malitia per bonitatem, ſed quod tantúm eſt per bonitatem: nam malitia per ſe eſt privatio, & non ens: ſolùm autem eſt ens per ſubjectum, & in ipſo ſubjecto. Vnde reſpiciens ad ipſum formale privationis dicit ingenuè egregius Magiſter in Tabula generali, diſtinct. 2. cap. de minoritate, in fine. *Quando homo agit bonũ, vtitur majoritate, & ſuo eſſe; quando*

Solùm eſt per ſubjectum.

Libertas hominis.

*verò*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*verò agit malum, vtitur minoritate, & non eſſe.* Vt enim dicit loco citato in Arte magna. *Bonitas per minoritatem eſt circa nihil.* Et in Compendio artis demonſtrativæ, diſt. 1. cap. de 2. par. T. §. *in contrarietate autem,* dicit idem Magiſter. *Quando autem ſubjectum majoritatis eſt contra magnitudinem Dei, & contra finem, quare ipſum ſubjectum eſt, tunc prædicta majoritas, potius minoritas, quàm majoritas debet dici, quia diminuit de eſſe, & perfectione ſubjecti.* Sic quoque dicendum eſt de magna malitia; cum enim malitia dicat privationem bonitatis, magnitudo malitiæ potius parvitas, quàm magnitudo debet dici, quia malitia privat bonitate, & eſſe; ac proinde magnitudine: Magna ergo malitia formaliter eſt magis circa nihil, quàm parva; ratione veró ſubjecti, & termini privati, non; ſicut patet ex dictis.

Bonitas.

Homo per peccatum minoratur

Comparatio formalis, & cõnotativa.

## CAPVT VLTIMVM DE NECESSItate Diffinitionum.

55

D*IXIMVS de diffinitionibus principiorum, quas oportet ſcire corde tenus; ignoratis enim diffinitionibus, Ars eſt indocibilis.*

Advertit Doctor in Arte magna, part. 3. nu. 2. *quòd principiorũ* [ quæ proximè diffinivimus, & corũ diffinitiones probavimus, concordando vnam diffinitionem cum alia, & fortificando vnum principiũ cum alio ] *quædam ſunt ſubſtantialia, & quædam*

Neceſſitas diffinitionum.

Contrarietas ſemper eſt accidens.

*accidentalia: contrarietas tamen ſemper eſt accidens; ſed principia, quæ ſunt ſubſtantialia indigent diffinitionibus ſubſtantialibus, & quæ ſunt accidentalia accidentalibus: ſicut bonitati, quæ eſt ſubſtãtialis competit bonificare ſubſtantialiter; & bonitati accidentali competit etiã diffinitio accidẽtalis, cũ qua agens bonificat bonificabilia accidẽtalia.*

56 Deinde idem Doctor in brevi Lectura tabulæ generalis, part. 13. hoc dictum ſuum ptobat, & declarat quód principia per vnum modũ ſunt ſubſtantialia, & per alium modum ſunt accidentalia: nã ſubſtantia eſt magis bona, magna &c. quã accidens; & hoc quia habet migis de eſſentia; accidens verò minus: ſubſtantia enim eſt per ſuam propriam formam, & per ſuam propriam materiam; accidens autem non eſt niſi per ſuam propriam formam. Deinde ſubſtantia habet in ſe proprium ſubſtantiativũ, ſubſtantiabile, ac ſubſtantiare, vt ſignificatur per ſecundã ſpeciẽ regulæ C. Sed accidẽs nõ, cũ ſit ſimilitudo, & figura ſubſtãtiæ; ſicut figura hominis, quæ eſt ſimilitudo ſubſtãtiæ hominis: cõcluditur ergo quòd aliqua bonitas, magnitudo &c. eſt ſubſtãtia: nã ſi aliqua bonitas &c. nõ eſt ſubſtantia, vel nõ eſſet ſubſtantia, ſequeretur quòd accidens propriè eſſet bonum &c. & ſubſtantia appropriatè; ſicque quies eſſet in accidente, & non in ſubſtantia; quod eſt impoſſibile. Et cum dicitur, quòd principia per vnum modũ ſunt accidentalia, intelligitur quòd ſunt principia accidentalia effectivè á principio ſubſtantiali pri-

Principia ſubſtãtialia, & accident.

Subſtãtia eſt major accidenti.

Principia quomodó ſint accidentalia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

primitivo cauſativo; ſicut bonitas, quæ principium eſt per principium primitivum; & ſua magnitudo, quæ accidens eſt; cum bonitas ſit magna per magnitudinem; & ſic de alijs.

57 Contrarietas autem ſemper eſt accidens; quia contrarietas non poteſt eſſe ſubſtantia; ſi enim eſſet ſubſtantia, ſequeretur contradictio in rebus naturalibus: nam ſicut concordantia contracta ad bonitatem ponit concordantiam inter ſuum bonificativum, bonificabile, & bonificare; ſic contrarietas contracta ad bonitatem, ſi eſſet ſubſtantia, poneret contrarietatem, & diſcordantiam inter prædicta concreta bonitatis: ita quòd concordativus, & contrariativus eſſent idem numero: quod eſt impoſſibile. Cõtrarietas non poteſt eſſe ſubſtantia.

58 Vt autẽ præceptũ Magiſtri obſervemus, diffinitioneſq; principiorũ corde teneamus; ſciendũ eſt, quòd principia ipſa, & maximè cũ ſuis diffinitionibus ſunt nobis exemplaria, & ſpecula, in quibus veritates relucent omnes, ſuntq; nobis ſic exemplaria, & ſpecula cum quatuor reſpectibus; ſcilicet cũ vnitate ad ſuas declinationes, cũ idemtitate ad ſuas diſtributiones, cũ genitura ad ſuas emanationes, ſivè innata; & tandem cum prædicabilitate ad terminos omnes ſubſtantes prædicabilitati cujuſlibet principiorum; ſicut in Lectura ſuper art. mag. pro poſſe noſtro expendimus. Specula ad proſpiciendum omnia Reſpectus quatuor.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

# DE IV. PARTE, QVÆ EST DE Regulis.

59 Quæſtiones omnes reducuntur ad 10.

*REGVLÆ hujus Artis ſunt decem quæſtiones generales, ad quas reducuntur omnes aliæ quæſtiones, quæ fieri poſſunt: & ſunt iſtæ. Utrum ſit? Quid eſt? De quo eſt? Quare eſt? Quantum eſt? Quale eſt? Quando eſt? Ubi eſt? Quomodo eſt? Et cum quo eſt? Quælibet iſtarum quæſtionum habet ſuas ſpecies.*

## *SCHOLIVM.*

60 DVPLICI modo conſiderantur regulæ, ſicut & duplici nomine appellantur, vt patet in textu, & paſſim alibi; ſcilicet vt quæſtiones, & vt regulæ; & hujus binominis rationes tradere intendimus.

Binominis rationes.

Prima ratio eſt ex comparatione ad rem ipſam; comparatæ enim ad rem ignotam, & dubiam, quæſtiones dicuntur; regulæ verò, ſi comparantur ad argumentum illuſtrandæ rei ignotæ aptandum.

Cōparatio ad rem.

Secunda ratio ſumitur ex comparatione ad hominem: ignaro enim, diſcendi cupido, & interroganti ſunt quæſtiones; docenti autem, & reſpondenti regulæ exiſtunt.

Ad hominem.

Tertia ratio accipitur ex comparatione ad mentem; ad cujus vim dubitantem, ſi conferuntur,

Ad mentē

quæſ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæſtiones ſunt; regulæ verò ſi ad vim componentem, & ratiocinantem.

Quarta ratio ſumitur ex comparatione ad incluſa; quæſtiones enim dicuntur, quoad varias quærendi formas, quas vnaquæque habet; regulæ veró quoàd varias leges, quas quæque tradit. Ad incluſa.

Quinta ratio eſt ex comparatione ad Artem; nam vt ſunt Artis materia, quæſtiones vocantur; vt autem ſunt rationum fodinæ, regulæ appellantur: ſic ingenuè docet Illuſt. Artiſta Almæ Sedis Majoricarum decus, & Canonicus Belver in ſua Apologia, ſummula de regulis Artis. Ad Artẽ.

61 Quæ quidem rationes omnes, ex illa conſtant, quam tradit ipſe egregius Magiſter noſter in Lectura brevi tabulæ generalis, parte vltima, § in capitulo de regulis, dicens: *In principio dictum eſt, quòd decem regulæ ſunt decem quæſtiones generales. Vnde ſciendum eſt, quòd dicuntur regulæ, eò quia regulant Artiſtam ad inveniendum ſuum propoſitum, veritatem, & naturæ ſecreta, quæ per Artem iſtam, ſecundùm regulas ipſas inveſtigantur; dicuntur autem quæſtiones, eò quòd ſub forma quæſtionis, & interrogationis ponuntur.* Quam vnicam Magiſtri rationem, ſi per ſpecies regulæ quid, ad rem ipſam, hominem, mentẽ, incluſa, Artẽ conferas, facile invenies quinq; rationes â Belverio poſitas. Ratio binominis.

62 In iſta autem quarta parte intendimus



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ordo procedendi.

tenere proceſſum, quem habuimus in tertia antecedẽti: ſcilicet declarare regulas, & cõditionare vnã cum alia, & cum principio, ſivè principijs, & hoc mixtionis gratiâ. Id autem, vt dilucidiùs fiat, per ſingula capita de ſingulis regulis agemus, ponendo priús textum, & poſtmodum ſcholia, ex eodem Magiſtro in proximè citata Lectura.

## CAPVT I. DE REGVLA Vtrum.

### TEXTVS.

63

Triangulus niger Artis demonſtrativæ.

VTRVM *habet tres ſpecies; videlicet dubitativam, affirmativam, & negativam: vt intellectus in principio ſupponat vtramque partem eſſe poſſibilem, & non liget ſe cum credere, quod naturaliter non eſt ſuus actus, ſed intelligere. Et ita accipiat illam partem, cum qua habet majus intelligere: nam oportet illam eſſe veram.*

### *SCHOLIVM.*

64

Suppoſitio præmittenda.

REGVLA *Vtrum* eſt regula de poſſibilitate: hoc eſt dictum, quód intellectus, vt ſit inveſtigativus, debet ſupponere quòd id, de quo quæritur, ſit poſſibile, affirmando, vel negando. Vnde

Reſolutio examinãda.

iſta regula eſt tentativa; ſicut quando dicitur, quòd intellectus illam partem debet tenere, in qua ipſe eſt magis probativus intelligendo, & memoria reco-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

recolendo, & voluntas amãdo: & hoc quia volũtas magis magnificat, ſeu amplificat actũ ſuũ in illa parte, in qua intellectus magis reperit de intelligibilitate, memoria de recolıbilitate, & volũtas ipſa de amabilitate, quám in illa parte, in qua minus de ipſis reperitur. Et veritas ſimiliter illã partẽ, aut in illa parte ſuum actum magis verificat, quàm in alia; & ſic de alijs principijs. Et ideo ſemper tenenda eſt pars illa, ſivé affirmativa ſit, ſivè negativa, quæ magis intelligibilis, recolıbilis & amabilis eſt, ſicut docet Doctor in Arte infuſa, regula præſenti.

65 Et hæc prædicta regula eſt in Arte generalis; vt ſi quæratur: *Vtrum Deus habeat ita proprium actum intrinſecum bonificandi per bonitatem, ſicut intelligendi per intellectum?* Tunc intellectus menſurat ſuum intelligere, & actum memoriæ, & voluntatis cum regulis E. F. G. & conſiderat quantum ponit per affirmativam, & quantum per negativam de bonitate, magnitudine &c. bonitatis magnitudinis, æternitatis, poteſtatis &c. primæ figuræ; & de concordantia, & æqualitate ſecundæ figuræ. Et invenit quód multa ponit in Deo per affirmativam de principijs, & multúm privat de ipſis per negativam; & ſic attingit ſe demonſtrativum [*hoc eſt ſic, vel ſic diſcurſivum*] & practicum per affirmativam, & non per negativam. Et ſic tranſit de dubitatione ad ſcientiam, & quieſcit ex labore, in quo erat, dum dubitabat.

Deus.

Intellectus dubitando laborat, quieſcit in Fide, ac etiã in ſciẽtia.

Per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

66 Per affirmativam, quæ eſt ſecunda ſpecies hujus regulæ debet intellectus inveſtigare poſitivè, reſpiciendo quantũ ponit de bonitate, magnitudine, & alijs principijs affirmando; cum affirmativa, & eſſe conveniant. Poſtea debet conſiderare intellectus quantum privat negativa de malitia, parvitate, & alijs oppoſitis principiorum; & hoc quia negativa convenit cum privatione, & non eſſe. Poſtea intellectus debet ſe temperare cum memoria, & voluntate, & conſiderare ſi tantum attingit de bonitate, magnitudine &c. per affirmativam, quantum per negativam de privatione malitiæ, parvitatis &c. Et ſi ſe inveniat magis practicum [ *Hoc eſt magis fundatum in Arte* ] per vnam partem, quàm per aliam, debet ſe contrahere ad illam, in qua magis eſt practicus; quoniam per illam magis diſtat ab ignorantia, & magis continet habitum ſcientiæ. Et talis inveſtigatio eſt generalis in hac Arte. Quæ dicta ſunt de hac ſpecie affirmativa, ſufficiunt pro tertia ſpecie, quæ eſt negativa.

Modus diſcurrendi.

Intellectus practicus.

## CAPUT II. DE REGULA Quid.

67 TEXTUS.

*QUÆSTIO & regula* Quid *habet quatuor ſpecies. Prima eſt diffinitiva; ſicut quando quæritur: quid eſt intellectus? Et reſpondendum eſt, quòd ipſe eſt illa potentia, cui propriè competit intelligere.*

*Secun-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Secunda ſpecies eſt, quando quæritur: intellectus quid habet in eſſe coeſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quòd habet ſua correlativa, ſcilicet intellectivum, intelligibile, & intelligere, ſine quibus eſſe non poteſt; eſſet enim, ſine ipſis otioſus, & indigens naturâ, ſine, & quiete.* Correlativa fugant otioſitatẽ.

*Tertia ſpecies eſt, quando quæritur, quid eſt ens in alio; ſicut quando quæritur: quid eſt intellectus in alio? Et reſpondendum eſt, quòd eſt bonus intelligens in bonitate, & magnus intelligens in magnitudine &c. Et in Grãmatica Grãmaticus, & in Logica Logicus, &c.*

*Quarta ſpecies eſt, quando quæritur, quid habet ens in alio, vt cum dicitur: quid habet intellectus in alio? Reſpondendum eſt, quòd in ſcientia intelligere, & in fide credere.*

68 *SCHOLIVM.*

REGVLA *Quid* habet quatuor ſpecies, vt patet in textu: quarũ prima eſt diffinitiva; & huic per rei diffinitionem reſpondetur. Secunda eſt correlativa, ſivè participativa; & huic per rei correlativa, vel rem conſtituentia reſpondetur. Tertia eſt paſsiva, ſivè informata; & huic per rei paſsibilitatem, vel informationem reſpondetur. Quarta eſt activa, ſive informans; & huic per rei activitatem, ſivè formam, vel actum, de quo quæritur, reſpondetur. Ita Doctor noſter in Arte infuſa, regula præſenti. Conditiones ſpecierum reg. C.

69 Quamvis autẽ prima hujus regulæ ſpecies



(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicatur diffinitiva, docet tamen idem Doctor in breui Lectura tabulæ generalis, 2. parte, cap. de regula C. quòd iſta regula eſt de quidditate, & docet facere diffinitiones per quatuor modos. Id docet etiam in Arte magna, parte 10. cap. 14. art. 87. de Logica. Et paſsim alibi. Prima autem ſpecies dicitur diffinitiua, quia purior & intimior diffinitio, per primã exiſtit ſpeciem.

Prima ſpecies reg. C eſt diffinitiva. Et quare.

70 Primus igitur definiẽdi modus eſt, quãdo res diffinitur ſimpliciter; ſicut quærere: *quid eſt Angelus?* Et reſpondendũ eſt, quòd *Angelus eſt eſſe ſuæ eſſentiæ;* cum eſſentia contracta in ſuo proprio ſubjecto dicat eſſe. Et ſic de humanitate, & alijs creaturis; eſſentia enim humana contracta, vel inclinata ad proprium ſubjectum dicit, vel indicat eſſe hominis. Et iſta diffinitio eſt magis vera, quàm iſta: *homo eſt animal rationale, & mortale:* ſicut etiam Magiſter docet in Logica, diſt. 1. cap. 5. & quam iſta: *Angelus eſt Spiritus creatus, & non conjunctus organo corporali.* Ratio hujus dicti eſt; quia inter eſſentiam, & eſſe non eſt medium; in dicta autẽ definitione hominis, ſcilicet, *Animal rationale mortale,* ſunt plura media; & ſic de alijs.

Varij modi diffiniendi.

Concretũ.

Definitio potiſſima.

Inter eſſẽtiã, & eſſe non datur medium.

71 Secundus modus difiniendi eſt per ſecundã ſpeciem, quæ quærit de rebus primarijs, veris, coeſſẽtialibus, & neceſſarijs, ſine quibus ſubſtãtia eſſe nõ poteſt; ſicut intellectus, qui ſinè proprio, & eſſẽtiali intellectivo, intelligibili, & intelligere

non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non poteſt eſſe hoc, quod eſt, nec habere propriũ agere. Per iſtam autem ſecundam ſpeciem intellectus practicus (*hoc eſt juxta Artem diſcurſivus*) naturaliter tranſit ad intelligendum eſſentiam, & frangit, ſeu penetrat, ex qua eſſentia eſt homo eſſentialiter, & neceſſariò; ſicut quando intelligitur, quòd homo eſt ex anima, & corpore per humanitatẽ: & ſubſtantia ex forma, & materia: & numerus quinarius ex duobus, & tribus; aut ex quatuor, & vno: & ſic de alijs. Et hoc vult regula de F. G. & D. Et ſic de diffinitione concordantiæ, & veritatis.

Intellect9 practicus.

Homo.

72 Tertius diffiniendi modus eſt per tertiã ſpeciem; ſicut quando agens in alio eſt denominatum per hoc, quod agit: ſicut intellectus, qui eſt præparativus, vt voluntas eligat bonum, & dimittat malum, declarãdo ei: *Hoc eſt bonum, & hoc eſt malum*. Et idem de forma, quæ dicitur activa in agendo in materia prima; & de charitate, quæ dicitur ordinativa, & regulativa ordinando, & regulãdo voluntatem ad operandum bonum, & evitandum malum.

Intellect9 proponit.

Charitas regulat.

73 Quartus modus definiendi eſt per quartam ſpeciem, qua quæritur: quid habet ens in alio? ſicut ignis, qui habet actionem in calefaciendo aerem, aquam; & Rex in Regno regnando; & intellectus in objecto intelligendo; & ſic de alijs. Sicut poteſtas, quæ habet actum in bonitate, in



(c) 2006 Ministerio de Cultura

quantum ipſa bonitas per poteſtatem poteſt exiſtere, & agere. Et hoc vult regula E. *&* diffinitio poteſtatis, ac veritatis.

## CAPVT III. DE REGVLA DE QVO. TEXTVS.

74 *QVÆSTIO, & Regula* de quo *habet tres ſpecies. Prima eſt primitiva, ſicut quando quæritur: intellectus de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quòd de ſe ipſo; eò quia non derivatur ab aliquo generali naturaliter.*

Vniverſale duplex. Cert. n. 175. p. 261. *Secunda ſpecies eſt, quando quæritur ſpecialiter, de quo eſt ens, ſicut quando quæritur: de quo eſt intellectus? & reſpondendū eſt, quòd eſt de ſua forma, & ſua materia ſpecificis, cum quibus habet intelligere ſpecificum.*

*Tertia ſpeces eſt, quando quæritur, cujus eſt ens poſſeſsivè, ſicut quando quæritur: cujus eſt intellectus? Et reſpondendum eſt, quòd eſt hominis, ſicut pars ſui totius; & equus ſui Domini.* Pars eſt ſui totius.

### *SCHOLIVM.*

75 NOTANDVM eſt ex Doctore noſtro in Arte infuſa, regula præſenti, quòd hujus prima ſpecies eſt primitiva; *&* ei per rei primitivitatem reſpondetur. Secunda ſpecies eſt derivativa; & huic per rei correlativa, vel partes, ſi habeat, reſpondetur. Tertia eſt poſſeſsiva: vt *de quo*; id eſt, *cujus eſt*; & huic per rei poſſeſſorē reſpondetur. Hæc regula *de quo*, vt docet Doctor in Lec-

Primitivitas. Derivatio. Poſſeſſio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in Lectura januæ facta, eſt de materialitate, in quantum quærit: *ens ex quo eſt?* Et prima ſpecies quærit de tota eſſentia entis; ex quo eſt? Et reſpondetur per propriam formam, ſeu materiam; ſicut quando dicitur: Angelus eſt ex ſe ipſo; hoc eſt, nō derivatur ab aliquo alio (*generali; eſt enim creatus à Deo.*) Et ex ſe habet proprium numerum. Et hoc vult regula de G. & diffinitio differentiæ.

Materialitas.

Tota eſſētia.

Angelus non eſt de Angelo.

76 Secunda ſpecies quærit, ex quo eſt ens, ſicut cum quæritur: ex quo eſt homo? Vel ex quo eſt intellectus? Ita quòd conſiderat intellectus, quòd homo eſt ex anima, & corpore: & intellectus ex intellectivo, intelligibili, & intelligere. Vndè per iſtam regulam, in ſecunda ejus ſpecie intellectus tranſit ad intelligendum partes primarias, veras, coeſſentiales, & neceſſarias, ex quibus ens eſt. Et hoc vult diffinitio veritatis, & regula E.

Partes rei. n. 74.

77 Per tertiā ſpeciem intelligitur dominatio: ſicut Deus, qui habet dominium in Mundo; cū Mundus ſit ſuus effectus: & homo in ſua voluntate, in quantum movet ipſam ad volendum; & ignis in ſua caliditate, in quantum movet ipſam ad calefaciendum: et ſic de alijs, iſtis ſimilibus. Iſta autem tertia ſpecies non reſpicit materialitatem, ſed inſtrumentalitatem; vt vult regula vltima.

Dominiū.

Inſtrumētalitas.

CAP-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT IIII. DE REGVLA QVARE.

### TEXTVS.

78 *QVÆSTIO, & regula Quare duas habet ſpecies; ſcilicèt formalem, & finalem: formalis eſt, quando quæritur, ens quare eſt, ſicut quando quæritur: intellectus quare eſt? Et reſpondendum eſt, quia eſt de ſua materia, & de ſua forma ſpecificis, cum quibus habet ſpecificum intelligere, & cum ipſis agit per ſuas ſpecies.*

Intellect9 varias habet ſpecies object.

*Secunda ſpecies eſt reſpectu finis; ſicut quando quæritur: intellectus quare eſt? Et reſpondendum eſt; vt ſint objecta intelligibilia; & vt ſcientia de rebus haberi poſsit.*

### *SCHOLIVM.*

79 PRIMA ſpecies regulæ, *Quare*, formalis eſt; & huic per rei formam, & ejus materiam reſpondetur. Secunda eſt finalis; & huic per rei finem reſpondetur. Sic breuiter propoſuit Magiſter in Arte infuſa, regula E. Sed nota ex eodem Doctore in breui Lectura tabulæ generalis, quòd prima ſpecies regulæ *Quare*, eſt per exiſtentiam, ſecunda autem per agentiam.

Species Regulę E.

Prima eſt per exiſtētiam, ſecūda p agētiam.

80 Eſt etiam iſta regula cauſativa, & æquiparativa; & hoc in ſua ſpecie prima: cauſativa quidem, ſicut; *ſi Sol eſt, dies eſt:* & è contra. Et quia Deus eſt æqualiter recolibilis, intelligibilis, & amabilis, ſua æqualitas eſt cauſa æqualitatis potentiarum animæ; ſcilicèt memoriæ, intellectus

Potentiæ æquales in objecto. p. 10.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tus, & voluntatis, vt æqualitèr recolant, intelligant, & ament Deum. Et æqualitas, quam intellectus Divinus habet per ſuum intrinſecum, eſſentialem, naturalem intelligentem, intelligibilem, & intelligere, eſt cauſa, quare intellectus Angeli, ſivè hominis habet proprium, & intrinſecum, naturalem, & eſſentialem intelligentem, intelligibilem, & intelligere; & ſic de alijs ſimilibus iſtis.

81 Æquiparativa verò; ſicut quærere: *Quare Deus eſt?* Et reſpondendum eſt per æquiparantiam ſuæ exiſtentiæ, & agentiæ intrinſecæ, primariæ, veræ, neceſſariæ, & coeſſentialis; eſt etiam Deus propter hoc, quia in ipſo æqualiter ſuæ rationes, ſive dignitates convertuntur, vna in aliam; & ſic etiam æquali conuerſione actus earum convertuntur. Item æqualiter ſunt ei ratio, quòd agat intrinſecè ſic ratione ſuæ bonitatis bonificando, ſicut ratione ſui intellectus intelligendo; & ſic de alijs. Eſt adhuc Deus per æternitatem, & infinitatem; quoniam, qui eſt ens infinitum, & æternum, impoſſibile eſt ipſum nõ eſſe, & neceſſariũ eſt ipſum eſſe. Simili modo de anima rationali, quæ eſt propter æqualitatem ſuæ memoriæ, intellectus, & voluntatis, ex quibus æqualiter cõſtituta eſt; & ſic de ſubſtantia ignis ſimplicis, quæ propter æqualitatem ſuæ propriæ formæ, & materiæ æqualiter cõſtituta eſt.

Divinæ dignitates convertũtur.

Secunda

(c) 2006 Ministerio de Cultura

82 Secunda ſpecies eſt de fine: ſicut finis Divinæ bonitatis intrinſecæ, qui eſt æqualis fini Divini intellectus, & fini Divinæ voluntatis; & ſic de alijs. Hoc idem intelligi poteſt ſuo modo de fine animæ, qui eſt Deus; quoniam Deus æqualiter eſt objectum animæ, quantum ad memoriam, intellectum, & voluntatem: Et hoc idem in elementis; ſicut ignis, qui tendit ad ſuum finem æqualiter per calefacere, & lucifacere, & accendere. Et ea, quæ de iſta regula diximus, vult diffinitio magnitudinis, & æqualitatis, & regula de E. F. G.

Deus eſt æqualiter objectum animæ.

Iſta regula docet per quem modū Artiſta poteſt probare, & demōſtrare cauſativè, effectualiter, æquiparativè, finitivè: hoc eſt vel à cauſa rei, vel ab effectu, vel ab æquali, vel à fine.

Demonſtratio multiplex.

## CAPVT V. DE REGVLA QVANTVM.

83 TEXTVS.

*QVÆSTIO, & regula* Quantum, *quærit de quantitate, & habet duas ſpecies. Prima eſt, quando quæritur de quantitate continua; vt cum dicitur: quantus eſt intellectus? Et reſpondendum eſt, quòd tantus eſt, quantus per ſpirituale̅ quantitate̅ eſſe poteſt; non autem eſt quantus punctualitèr, ſivè linealitèr.*

Quantitas intellect.

*Secunda ſpecies eſt, quando quæritur de quantitate diſcreta; vt cum dicitur: quantus eſt intellectus? Et eſt reſpondendum, quòd eſt tantus, quanta ſunt correlativa*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*latiua, in quibus ſua eſſentia eſt diffuſa, & ſuſtentata; videlicet intellectiuum, intelligibile, & intelligere; cum quibus eſt theoricus, & practicus; generalis, & particularis.* Intellect9

84 *SCHOLIVM.*

ISTA regula eſt de menſuratione, & habet duas ſpecies, vt in textu dictum eſt. Per ipſam debet Artiſta menſurare principia per quantitatem continuam, & diſcretã; ſicut bonitas, quæ continuè quanta eſt per ſuam eſſentiam, habens quantitates diſcretas coeſſentiales, & naturales per ſuum primarium, verum, neceſſarium, naturale, & coeſſentiale bonificativum, bonificabile, & bonificare; quæ in quantum differentia, ſunt in quantitate diſcreta, influxa à continua: & hoc etiam in inferioribus conſtat; ſicut linea continua, quæ eſt inter cœlum, & roſam, ex qua influxæ ſunt quantitates diſcretæ; ſcilicet quatuor elementa; & ſicut in homine eſt quantitas continua, à capite vſque ad pedes, ex qua influxæ ſunt quantitates diſcretæ; ſcilicet quantitates membrorum. Et hoc idem conſiderari poteſt in moralibus; ſicut habitus juſtitiæ, qui in quantum vnus eſt, vnam habet continuam quantitatem, & ſub ipſa ſunt plures diſcretæ; ſicut quantitas juſtificativi, juſtificabilis, & juſtificare; & ſic de alijs.

Quantitas diſcreta oritur á cõtinua.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per iſtam regulam debet Artiſta menſurare res in Arte iſta, & ſuas menſurationes poteſt applicare tribus ſpeciebus medij, quod medium ſignificatum eſt per F. Et hoc vult regula B. & D. & diffinitio differentiæ, & concordantiæ.

## CAPVT VI. DE REGVLA QVALE.

### 85 TEXTVS.

*QVÆSTIO, & regula ſexta, quæ eſt de* Qua*litate, habet duas ſpecies. Prima eſt, quando quæritur, quæ eſt propria, & primaria qualitas intellectus? Et reſpondendum eſt, quòd intelligibilitas, cum qua ipſe eſt habituatus. Intelligere autem extrinſecum eſt proprietas ſecundaria, & magis remota, cum qua ipſe intellectus intelligit hominem, aut leonem &c. ex quo, intelligere intrinſecum, & ſubſtantiale ipſius intellectus eſt habituatum. Et ſimilitèr de intelligibili extrinſeco.*

Qualitas propria, & primaria.

Secūdaria.

Duplex intelligere.

*Secunda ſpecies eſt, quando quæritur: quæ eſt appropriata qualitas ipſius intellectus? Et reſpondendum eſt, quòd credere, vel dubitare, aut ſupponere; non enim iſti actus conveniunt intellectui propriè, ſed intelligere.*

Qualitates appropriatæ intellectus.

### 86 SCHOLIVM.

HÆC regula duas habet ſpecies, vt patet in textu. Prima eſt propria; & huic per rei qualitatem propriam, ſeu primitivam reſpondendū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dendum eſt. Secunda eſt appropriata; & huic per appropriatam, ſivè ſecundariã reſpondetur. Ita Doctor in Arte infuſa.

Et nota ex Lectura brevi ſæpè citata, quòd per primam ſpeciem debet Artiſta inquirere ſolutiones earum quæſtionum, quæ per ipſam ſolvi debent. Et ſic de ſecũda ſpecie; ſicut eſt quærere: vtrum Deus ſit bonus per ſuam propriam bonitatem, aut per appropriatam: & per proprium actum bonificandi, aut per appropriatum? Dignitates Dei ſũt æquales. Et ſi in eſſentia Divina eſt ſic intelligere ordinatum per infinitatem ad æternare, & bonificare; ſicut bonificare, & æternare ſunt ordinata ad intelligere, & amare? Et vtrum ſit proprium, aut appropriatum Deo creare, parcere, & judicare? Deo eſt proprium creare &c. Et ſic in creatis; ſicut quærere: vtrum proprium ſit igni calefacere, & appropriatum deſiccare? Et ſic de motu cœli, & alijs. Et hoc vult regula C. & regula K.

## CAPVT VII. DE REGVLA QVANDO.

87 TEXTVS.

*QVÆSTIO, & regula* de tempore, *habet quindecim ſpecies, vt patet in Arte magna, per regulas C. D. K. ſignificatas: ſed quia hæc Ars eſt brevis, ideo ſub brevibus verbis tractamus ipſam regulam; ſicut quando quæritur: per quem modum intellectus eſt in tempore, cum ipſe non ſit punctualis, neque linealis? Ad* Quantitas intellect9.

 *quod*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*quod reſpondendum eſt, quòd intellectus eſt in tempore; quia eſt inceptus, & novus: & conſiſtit in tempore ſucceſſivè, mediante motu corporis, cũ quo eſt conjunctus.*

Intellect9 creatus de novo.

88 *SCHOLIVM.*

QVÆSTIO, & regula *Quando*, habet quindecim ſpecies; quarũ quatuor haurit à regula *Quid*; tres à regula *De quo*; quatuor à regula *Quomodò*; & quatuor à regula *Cum quo*, reducẽdo omnes iſtas ad *Quando*. Et his per reductionem, deſideratæ ſolutioni prædictarum, per ordinem reſpondetur. Ita Doctor in Arte infuſa, regula præſenti.

89 Et notat idem Doctor in Lectura breui tabulæ generalis, quòd per iſtam regulam debet Artiſta inquirere de tẽpore, & de his, quæ ſunt in tempore: & hoc per regulam C. D. K. Et etiam per diffinitionem magnitudinis, & principij. Hoc eſt, quòd Artiſta inquirat de tempore per omnes ſpecies dictarũ regularum, & diffinitionum. Sicut quando quæritur: Angelus quãdo fuit? Et reſpondendum eſt, quòd fuit, quãdo fuit inceptus: & fuit quando partes ſuæ eſſentiæ primariæ, veræ, neceſſariæ, naturales, & coeſſentiales conſtituerunt ipſum Angelum; ex quibus ipſe Angelus eſt conſtitutus. Et ipſe agit in illo tempore, in quo prædictæ ſuæ partes habent actũ, agens ipſe Angelus cũ illis ſuis partibus in tempore. Et hoc

Tempus.

Angelus creatus de novo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

90 Et hoc idem ſequitur in corporalibus; ſicut ignis, qui eſt in illo tempore, in quo conſiſtit ſua propria forma, & materia, ex quibus eſt; & cum quibus eſt ignis hoc, quod eſt; & ſic de accidentibus inſeparabilibus, cum quibus agit in tempore, & cum quibus habet modum exiſtendi, & agendi in tempore.

Hæc autem regula longa eſt, & diffuſa; ſed per ea, quæ dicta ſunt de ipſa, poteſt Artiſta attingere omnes ſpecies regulæ, & applicare ipſas ad quæſtionem, quæ quærit de tempore; aut de illis, quæ ſunt in tempore. Et ea, quæ dicta ſunt de hac regula, volunt prædictæ regulæ, & diffinitiones poteſtatis, & veritatis.

## CAPVT VIII. DE REGVLA VBI.

91 TEXTVS.

*QVÆSTIO, & regula octava quærit* de loco: *& habet quindecim ſpecies, per regulas* C. D. K. *ſignificatas, vt patet in Arte magna; ſicut quandò quæritur: Intellectus vbi eſt? Ad hoc breviter reſpondendũ eſt, quòd ipſe eſt in ſubjecto, in quo eſt, ſicut pars in ſuo toto; non autem concluſus, ſed diffuſus eſt in illo: intellectus enim non habet eſſentiam punctualẽ, nec lineã, nec ſuperficiem.* Intellectꝰ diffuſus eſt, non cõcluſus.

92 *SCHOLIVM.*

ISTA regula eſt de locatione, & habet tot ſpecies, & ſimiles, ad *vbi* reductas, quot habet Locatio. regula

(c) 2006 Ministerio de Cultura

regula H. Quibus per reductionem *ad vbi*, ſimiliter reſpondetur. Sicut locus qui eſt, à ſuprema ſuperficie cœli, vſque ad ejus oppoſitum & centrum terræ, forma continua habens in ſe formas diſcretas, ſecundùm quòd vult regula C. D. & K. & etiam F. & diſſinitio magnitudinis, & principij: quæ diſcretæ formæ ſunt ſpatia, vel loca particularia, in quibus corpora, ſcilicet homo, roſa &c. collocata ſunt locis; quæ ſunt contenta in ſubſtantijs, in quibus ſubſtantiarũ partes collocatę ſunt: ſicut locus ignis, ipſi proprius, & inſeparabilis collocatus eſt in ſphęra Lunæ: & locus, ſphæræ Lunæ in ſphęra Mercurij; & ſic de alijs. Per hanc regulam poteſt Artiſta reſpõdere ad omnia, quæ quærũtur de loco.

Locus.

## CAPVT IX. DE I. REGVLA K. HOC EST de Quomodò.

93 TEXTVS.

K *Continet duas regulas; videlicet Modalem, & Instrumentalem. Quæſtio, & regula* modalitatis *habet quatuor ſpecies; ſicut quando quæritur: Quomodò eſt intellectus? Et quomodò eſt pars in parte? Et partes in toto, & totũ in ſuis partibus? Et quomodò totũ tranſmittit extra ſe ſuam ſimilitudinem? Ad quod reſpondendum eſt, quòd eſt ſubjectivè per illum modum, per quem eſt deductus per ſpecies ſupradictas: & intelligit per illum modum, quem habet in inveniendo mediũ existens*

Quomodò intellectus intelligat.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*exiſtens inter ſubjectum, & prædicatum in figuris deſignatum, multiplicando ſpecies peregrinas à ſenſu, & imaginatione abſtractas, quæ in ſuo proprio intelligibili ſunt characterizatæ, & intellectæ.*

94 *SCHOLIVM.*

QVÆSTIO, & regula *Quomodò*, quatuor habet ſpecies; quarũ prima quærit: quomodò pars eſt pars? Et huic per differentiam reſpondetur. Secunda, quomodò pars eſt in parte? Et huic per concordantiam reſpondetur. Tertia, quomodò partes ſunt in toto, & quomodò totum in partibus ſuis habet eſſe? Et huic per differentiam, & concordantiam reſpondetur. Quarta, quomodò totum extra ſimilitudinem ſuam tranſmittit? Et huic reſpondetur, quòd per illum modum, quem habet cum ſuis proprijs correlativis, cum quibus haurit ſpecies peregrinas, quas intra ſe cum activo correlativo, in ſuo paſſivo correlativo characterizat, & informat, & extra ſimilitudinem ſuam ſic tranſmittit. Ita Doctor in Arte infuſa. Modus diſcurrẽdi

95 Nona regula, quæ eſt prima de K. quærit de *modalitate*, vt patet in textu; per quam Artiſta poteſt inquirere, quomodò pars eſt pars? & pars in parte? & partes in toto? Et totum in partibus ſuis? Et quomodò ſubſtantia influit ſimilitudines partium, ex quibus eſt? Sicut V.G. Regula Quomodó.

differẽtia

differētia, & proprietas ſubintrantes bonitatem; & ſic de alijs principijs: differentia quidem ſic diſtinguit ipſam bonitatem, quòd per vnū modum eſt ſuſtentata in ſua coeſſentiali bonificativitate; per aliū modū eſt ſuſtentata in ſua coeſſentiali bonificabilitate; per aliū modū in ſuo intrinſeco bonificare: & proprietas ponit, quòd bonificativitas ſit proprietas activa, & bonificabilitas ſit proprietas paſſiva, & bonificare ſit proprius actus influxus ab vtraque. Et concordantia cōcordat omnes tres eſſe idem per eſſentiam; quę eſſentia ſit vna exiſtens in ſuis concretis, & ipſa concreta in ipſa eſſentia, & vnum concretum in alio. Ita quòd ipſa bonitas ſit ratio bono, vt agat per ipſam bonum productum, ſimile per genus bonitatis bono productivo. Et ſic de alijs principijs, quæ modum habent exiſtendi id, quòd ſunt; & agendi hoc, quod agunt. Et hoc vult regula C. D. G. & diffinitio differentiæ, & concordantiæ.

Correlativa ſūt idē p eſſentiā.

Per iſtam regulam debet Artiſta ſolutionem, quæ debet eſſe per modalitatem, inveſtigare; ſicut quando quæritur: quomodò lapis, ſivè roſa ſunt intelligibiles, ſivè ſenſibiles? Et quomodò elementa intrant mixtionem, conſtituendo mixtum, ſivè elementatum? Et ſic de alijs.

CAP-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT X. DE II. REGVLA K. HOC EST de cum quo.

96 TEXTVS.

*QVÆSTIO, & regula ſecunda K. habet quatuor ſpecies; videlicet quando quæritur: intellectus cum quo eſt? Et cum quo eſt pars in parte? Et partes in toto, & totum in partibus ſuis? Et cum quo tranſmittit ſuam ſimilitudinem extra? Ad quod reſpondendum eſt, quòd ipſe eſt cum ſuis correlatiuis, ſine quibus non poteſt eſſe, nec intelligere. Intelligit enim cum ſpeciebus peregrinis, de quibus facit inſtrumentum ad intelligendum.* Species peregrinæ

97 *SCHOLIVM.*

ISTA regula eſt de *inſtrumentalitate,* & habet quatuor ſpecies, vt in textu dictum eſt; & etiam tales, quales habet regula modalitatis. Per iſtam autem regulã debet Artiſta inquirere partes cum quibus ſubſtantia eſt, & agit eſſentialiter, ſeu accidentaliter. Eſſentialiter, ſicut leo in leonando: accidentaliter, ſicut ignis in calefaciendo; ſenſatus in ſentiendo; & ſic de alijs: Et hoc volunt regulæ C. D. E. G. & Diffinitiones poteſtatis, & veritatis. Conuenientia regularum K.

## CAPVT VLTIMVM DE FINE quartæ partis.

98 TEXTVS.

*DIXIMVS de regulis, cum quibus intellectus ſoluit quæſtiones, deducendo eas per regulas, reſ-* Intellect9



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*piciendo quid ſignificant regulæ, & ejus partes ſubjecti-væ, deducendo quæſtiones per principia, & regulas, intel-*
Intellect9 *lectu objectante illam quæſtionem dubitabilem, cum diffi-nitionibus principiorum, eligendo intelligibiliter affirmati-vam, aut negativam; ſic quòd ipſe intellectus ſit à dubi-tatione ſeparatus.*

99 *SCHOLIVM.*

VTILITATEM maximam regularũ Doctor in textu nobis inſinuavit, quam expreſſiùs in Arte magna propoſuit, dicẽs in fine quartæ par-
Regulæ ſunt vaſa. tis. *Regulæ ſunt vaſa ad omnia intelligibilia, & proportionabiles intellectui humano.* Vaſa, inquam, ideſt fundamentalia receptacula ad omnia intelligibilia intelligenda, proponenda, diffinienda, dividenda, diſcurrẽda: ſicut enim in pharmacopolijs diverſa ſunt medicaminum vaſa, ſic ſunt in Arte Lulliana hæ decem regulæ, argumentorum omnium receptacula, vt his benè habituatus Artiſta non poſſit deviari à ſua propria operatione, & inventione veritatis quæſiti.

Inſtrumẽta inveniendi medium. Ideo oportet dictas regulas corde tenus habere; quoniam inſtrumentum ſunt inveniendi omnium rerum veritatem, Artificiumque adeò mirificũ, vt ingenio quantumvis ſublimi ſit inexhauſtum, & quantumvis humili obvium; ſicut ingenuè notavit Perilluſtris Canonicus Belver in Apologia; ſicque omni intellectui humano proportionatiſſimum.

Si igitur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Si igitur argumenta, media, ſeu rationes nobis exciderint, ad regulas confugiamus, illas conſulamus, ſectemur, ducentque ad metam. Sed hæc, & alia in Lectura, quã Deo favente prælo dabimus, expẽdimus: nunc ad Tabulã accedamus.

## DE QVINTA PARTE, QVÆ EST Tabula Generalis.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *bcdt.* | *cdet.* | *deft.* | *efgt.* | *fght.* | *ghit.* | *hiKt.* |
| *bctb.* | *cdtc.* | *detd.* | *efte.* | *fgtf.* | *ghtg.* | *hith.* |
| *bctc.* | *cdtd.* | *dete.* | *eftf.* | *fgtg.* | *ghth.* | *hiti.* |
| *bctd.* | *cdte.* | *detf.* | *eftg.* | *fgth.* | *ghti.* | *hitK.* |
| *bdtb.* | *cetc.* | *dftd.* | *egte.* | *fhtf.* | *gitg.* | *hKth.* |
| *bdtc.* | *cetd.* | *dfte.* | *egtf.* | *fhtg.* | *gith.* | *hKti.* |
| *bdtd.* | *cete.* | *dftf.* | *egtg.* | *fhth.* | *giti.* | *hKtK.* |
| *btbc.* | *ctcd.* | *dtde.* | *etef.* | *ftfg.* | *gtgh.* | *hthi.* |
| *btbd.* | *ctce.* | *dtdf.* | *eteg.* | *ftfh.* | *gtgi.* | *hthK.* |
| *btcd.* | *ctde.* | *dtef.* | *etfg* | *ftgh.* | *gthi.* | *htiK.* |
| *cdtb.* | *detc.* | *eftd.* | *fgte.* | *ghtf.* | *hitg.* | *iKth.* |
| *cdtc.* | *detd.* | *efte.* | *fgtf.* | *ghtg.* | *hith.* | *iKti.* |
| *cdtd.* | *dete.* | *eftf.* | *fgtg.* | *ghth.* | *hiti.* | *iKtK.* |
| *ctbc.* | *dtcd.* | *etde.* | *ftef.* | *gtfg* | *htgh.* | *ithi.* |
| *ctbd.* | *dtce.* | *etdf.* | *fteg.* | *gtfh.* | *htgi.* | *ithK.* |
| *ctcd.* | *dtde.* | *etef.* | *ftfg.* | *gtgh.* | *hthi.* | *itiK.* |
| *dtbc.* | *etcd.* | *ftde.* | *gtef.* | *htfg.* | *itgh.* | *Kthi.* |
| *dtbd.* | *etce.* | *ftdf.* | *gteg.* | *htfh.* | *itgi.* | *KthK.* |
| *dtcd.* | *etde.* | *ftef.* | *gtfg.* | *htgh.* | *ithi.* | *KtiK.* |
| *tbcd.* | *tcde.* | *tdef.* | *tefg.* | *tfgh.* | *tghi.* | *thiK.* |



(c) 2006 Ministerio de Cultura

## TEXTVS.

100 TABVLA iſta eſt ſubjectum, in quo intellectus ſe facit vniverſalem, eò quia eo intelligit, & abſtrahit ab ipſo multa particularia omnium materiarum, diſcurrendo principia per particularia objectivè, & regulas ſubjectivè, applicando cuilibet quæſtioni viginti rationes, declarando ipſam quæſtionem: & à qualibet camera ipſius columnæ abſtrahitur vna ratio.

*Fructus tabulæ.*

*Rationes 20.*

Tabula hæc habet ſeptem columnas, vt patet: in quibus implicantur octoginta quatuor columnæ explicatæ in Arte Magna in ipſa tabula. T ſignificat quòd litteræ, quæ ſunt à parte ante T. ſunt de prima figura; & quæ ſunt poſt T. ſunt de ſecunda figura. Per tabulam ipſam intellectus eſt aſcenſivus, & deſcenſivus. Aſcenſivus eſt, quia aſcendit ad priora, & generaliora. Et eſt deſcenſivus, quia deſcendit ad poſteriora, & particularia. Adhuc eſt copulativus, eò quia copulat columnas; ſicut columna B C D. copulatur cum columna C D E. & ſic de alijs.

*Columnæ poſitæ implicāt 84. Art. mag.*

*Combinatio columnarū.*

## SCHOLIVM.

101 DIFFINITVR Tabula Artis generalis ſic: Poſitio imaginaria ad modum tabulæ, ex varijs colligatis columnis, ſeu cylindris compacta, & ex cameris quartæ figuræ extracta, in qua ſigna camerarum ejus quadrangulariter ponuntur; & per poſtpoſitionem, interpoſitionem, & præpoſitionem ſigni T. diſtinctè, & particulariter ſignificata ſua repræſentant; vt faciliora cog-

*Tabulæ diffinitio.*



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*nitu, firmiora memoratu, & vtiliora vſu reddantur, beneficiumque multiplicationis ordinatarii rationum intellectui offerant, miniſtrent, præſtent.*

102 Diſpoſitio Tabulæ, ac modus ejus procedendi patent ſatis in textu. Notãdum tamen eſt primò, quòd ex qualibet camera quartę figuræ poteſt formari colũna, ſicq; tot numerari, quot cameræ ſunt; videlicet 252. ſicut dicitur ſuperiùs, num. 22. Noſter autem Doctor brevitati ſtudens, terminũque conſtituens, ſeptem colũnas aſſignavit in Arte brevi, & octoginta quatuor artificioſé colligatas in Arte magna, & Tabula generali: quarum ſingulæ camerę octo varijs modis combinari poſſunt, vt dicemus, parte 7. nũ. 123. Quot cameræ, tot columnæ.

103 Notandum ſecundò, quòd vſus Tabulæ fœcundiſſimus eſt, ſublimis, atque ſubtilis; docet enim intra eandem cameram viginti ſtationes diverſas facere, ſeu generales inſtantias, & rationes colligere ad inveniendum veritatẽ. Priores decem rationes, & vltima formantur exiſtente primo ſigno, ſeu littera cylindri ſubjecto; ſex ſequentes rationes habentur, exiſtente ſubjecto ſigno ſecundo; reliquæ tres ſubjectum habent ſignum tertium. Fructus Tabulæ.

104 Notandũ tertiò: cũ dicit Doctor in tetxu: *Diſcurrendo principia per particularia objectivè, & regulas ſubjectivè*, magnam diſcurrendi materiam præbet

præbet, fontēq; aperit: vult enim dicere, quòd debes intueri particularia, de quibus quæris, ſeu diſputas, recurrendo ad *principia objectivè*, tanquā exēplaria ſpecula, in quibus dicenda de particularibus relucent; & ad *regulas ſubjectivè*; hoc eſt *concordando principia, & regulas*; vt docet in Arte magna, parte 5. n. 1. ſivè ſuſtentando illud, quod principia requirūt, ex parte 9. ſect. 8. cap. 1. de Elementativa, nū. 13. *Et evitando eorum contrarietatem*; faciendo prędicare principia de regulis, & earum ſpeciebus; vel de ſubjectis particularibus (de quibus diſputatio eſt) conditionatis per ſpecies regularum: & hoc ſumēdo ſemper primò regulam correſpondentem principio, in eodem ſigno, ſeu littera; poſtea verò mixtionando illam cum alijs regulis, pro libito, & vt meliùs ſonabit.

Fons diſcurrendi.

Objectivé & ſubjectivé.

Modus diſcurrēdi

105 Sit exemplum. *Vis probare materiam primam habere appetitum naturalem ad formam corruptā?* Si ſic. Vade ad columnam quartam E F G T. & conditionato ſubjecto cum ſpecie prima regulæ E. formabis ſic rationem. Appetitus naturalis ad formam, formaliter eſt per potentem naturalem inclinationem ſui inſtinctus, & amoris ad illam: ſed talis potens inclinatio eſt in materia prima ad formam corruptam: ergo materia prima habet appetitum naturalem ad formam corruptam. Negabit tibi Artiſta minorem: ſed tu con-

Materia 1.

Practica.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tu conditionando ſubjectum cum ſecunda ſpecie regulæ E. ſic illam probabis. Potens inclinatio naturalis inſtinctus, & amoris materiæ primæ ad formam, finaliter eſt, vt per eam perficiatur, & adjuvetur in agentia ſua, & conſtitutione totiùs naturalis: atqui, ſicut adjuvatur materia per formam primò productã, adjuvaretur per corruptam, ſi reproduceretur: ergo in materia prima eſt potens inclinatio naturalis inſtinctus, & amoris, ſeu appetitus ad formam corruptam. Sic recurrendo àd regulas F. G. poteris formare alias rationes, & miſcendo regulas ad invicem, & cum principijs; & principia cum principijs, rationes multiplicabis innumeras.

106 Hæc, exercitij gratia dicta ſunt; reſolutivè autem ad quæſtionem illam: *An materia prima habeat appetitum naturalem ad formam corruptam?* Reſpondemus negativè, & patet per triangulũ rubeum: nam materia eſt principium perfectibile, & forma finis perfectivus; medium verò fluxus, & refluxus dicti finis, & principij eſt agẽs ſupernaturale, in quo ſolùm cõtinetur virte forma jam corrupta: ergo linea ducta à materia ad formã corruptã, cũ tranſeat per medium ſupernaturale, ſupernaturalis eſt, non naturalis. Quòd ſi hanc formã ſupponis reproducibilem, ſeu reproductam; & quæris ordinẽ materiæ ad totum, vt finẽ, exiſtente medio forma Materia 1.

repro-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

reproducta, vel reproducibili ſuppoſita, ſicut dicebatur, nũ. antecedenti, libentiſſimè tibi dabimus, talem ordinem eſſe naturalem; eſſet enim à materia per formam ad totum. Hæc autem omnia naturalia ſunt. Exemplum applicabis cæci videntis: ſed finẽ imponamus, practica enim non tàm ſcripto, quàm verbo docenda eſt; quia diffuſa nimis, & limite caret. Pro ſubjecta tamẽ materia, & de ſingulis ſubjectis agi debet in ſpeciali, provt occaſio poſtulabit, & agit Doctor in parte nona.

Actus naturalis.

## DE SEXTA PARTE, QVÆ EST DE evacuatione tertiæ Figuræ

### 107 TEXTVS.

*In tertia figura, intellectus evacuat cameras, eò quòd abſtrahit ab ipſis tantùm, quantùm poteſt, recipiendo à qualibet camera ea, quæ ſignificant litteræ, vt applicet illa ſignificata ad propoſitum; & ſic facit ſe applicativum, inveſtigativum, & inventivum. Et de hoc dabimus exemplum de vna camera: & ſicut ſequitur de illa, ita ſequetur de alijs.*

Evacuatio fig. 3.

*De camera B C. intellectus haurit duodecim propoſitiones, dicendo ſic:* Bonitas eſt magna, bonitas eſt differens, bonitas eſt concordans. Magnitudo eſt bona, magnitudo eſt differens, magnitudo eſt concordans. Differentia eſt bona, differẽ-

Practica.

Propoſitiones 12.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

differentia eſt magna, differentia eſt concordans. Concordantia eſt bona, concordantia eſt magna, concordantia eſt differens. *Factis iſtis duodecim propoſitionibus, mutando ſubjectum in prædicatum, & è converſo; ſic camera eſt evacuata ipſis propoſitionibus.*

108 *Deinde evacuat eã duodecim medijs: & dicuntur media, eò quia conſiſtunt inter ſubjectum, & prædicatum, cum quibus conveniunt genere, aut ſpecie; & cum iſtis medijs, intellectus facit ſe diſputativum, & determinativum; vt cum dicitur: Omne id, quod magnificatur à magnitudine, eſt magnum; ſed bonitas magnificatur à magnitudine; ergo bonitas eſt magna. Et ſic de alijs.* Media 12 Intellect9

109 *Facta dicta evacuatione, intellectus evacuat ipſam camerã viginti quatuor quæſtionibus; eò quia in qualibet propoſitione ſunt duæ quæſtiones implicatæ. Et hoc ſic:* Bonitas eſt magna: *Vtrum bonitas ſit magna? Quid eſt bonitas magna?* Bonitas eſt differens: *Vtrum bonitas ſit differens? Quid eſt bonitas differens?* Bonitas eſt concordans: *Vtrum bonitas ſit concordans? Quid eſt bonitas concordans?* Magnitudo eſt bona: *Vtrum magnitudo ſit bona? Quid eſt magnitudo bona?* Magnitudo eſt differens: *Vtrum magnitudo ſit differens? Quid eſt magnitudo differens?* Magnitudo eſt concordans: *Vtrum magnitudo ſit concordans? Quid eſt magnitudo concordans?* Differentia eſt bona: *Vtrum differentia ſit bona? Quid eſt differentia* Quæſtiones 24.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*rentia bona?* Differentia eſt magna: *Vtrum differentia ſit magna? Quid eſt differentia magna?* Differentia eſt concordans: *Vtrum differentia ſit concordans? Quid eſt differentia concordans?* Concordantia eſt bona: *Vtrum concordantia ſit bona? Quid eſt cõcordantia bona?* Concordantia eſt magna: *Vtrum concordantia ſit magna? Quid eſt concordantia magna?* Concordantia eſt differens: *Vtrum concordantia ſit differens? Quid eſt concordantia differens?*

110 *Facta iſta evacuatione quæſtionũ, tunc intellectus evacuat cameram cum diffinitionibus bonitatis, & magnitudinis, & cum tribus ſpeciebus differentiæ, & concordantiæ; vt patet in ſecunda figura.*

*Deinde evacuat cameram cum tribus ſpeciebus regulæ B. & cum quatuor ſpeciebus regulæ C. Et expedita iſta evacuatione, intellectus ſolvit prædictas quæſtiones in illa evacuatione, ſequendo conditiones cameræ; affirmando, aut negando: & ſic intellectus expellit de camera dubitationes, & conſiſtit in illa quietus, & aſſertivus: & etiam cognoſcit ſe valde generalem, & artificiatum, & de magna ſcientia habituatum.*

Intellect9

111 *SCHOLIVM.*

Evacuationes generales fig 3. ſunt ſex,

NOTANDVM primò. Sex ſunt evacuationes generales tertiæ figuræ: Prima fit duodecim propoſitionibus: Secunda duodecim medijs ad probandum dictas propoſitiones:

Tertia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Tertia viginti quatuor quæſtionibus: Quarta ſexdecim diffinitionibus: Quinta tribus ſpeciebus vniuſcujuſque anguli ſecundæ figuræ; quæ quidem tres ſpecies quater ductæ in vnoquoque ſigno, faciunt duodecim; & ſic in vna camera ſunt per vnum modum viginti quatuor ſpecies: & per alium modum quadraginta octo; ſicut infra exemplo oſtendemus. Sexta tandem evacuatio fit ſpeciebus regularum vniuſcujuſque cameræ.

Diffinitiones 16.

Evacuatio 5.

Vide num. 113.

112 Notandum ſecundò. De prima, ſecunda, & tertia evacuatione jam patet exemplum in textu, camera B C. quare de alijs ſolùm eſt aſſignandum exemplũ in eadem camera, vt clarius evacuatio pateat.

Evacuatio 1. 2. & 3.

Quarta igitur evacuatio in eadem camera B C. ſic fit verbi gratia in bonitate, de qua in dicta camera, quatuor diffinitiones tradimus. Prima diffinitio: *Bonitas eſt id, ratione cujus bonum agit bonum.* Secunda diffinitio: *Bonitas magna eſt id, ratione cujus bonum magnum agit bonum magnum.* Tertia diffinitio: *Bonitas differens eſt id, ratione cujus bonum differens agit bonum differens.* Quarta diffinitio: *Bonitas concordans eſt id, ratione cujus bonum concordans agit bonum concordans.* Sic ſimiliter in eadem camera poſſunt aſſignari quatuor diffinitiones magnitudinis: quatuor diffinitiones differentiæ: quatuor diffinitiones con-

Evacuatio 4.

Bonitas diffinitur

Multiplicatio diffinitionum.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Diffinitiones 16. concordantiæ: & ſic in dicta camera erunt ſexdecim definitiones.

113 Quinta evacuatio ejuſdem cameræ

Evacuatio 5. B C. ſic fit V. G. in magnitudine. Magnitudo eſt differens ſenſualiter, & ſenſualiter: ſenſualiter, & intellectualiter: intellectualiter, & intellectualiter. Magnitudo eſt concordans ſenſualiter, & ſenſualiter: ſenſualiter, & intellectualiter: intellectualiter, & intellectualiter. Sic ſimiliter de bonitate, differentia, & concordãtia in eadem camera dices: & ita habebis viginti quatuor ſpecies; nempe duodecim differẽtias, & duodecim concordantias. Similiter ſpe-

Species 24. culaberis in alijs cameris.

114 Deinde juxta ſequentem modum poteris numerare quadraginta octo ſpecies, di-

Species 48. cendo verbi gratia de magnitudine ſic: Magnitudo bonitatis in ſenſuali, & ſenſuali: ſenſuali, & intellectuali: intellectuali, & intellectuali. Magnitudo magnitudinis in ſenſuali, & ſenſuali: ſenſuali, & intellectuali: intellectuali, & intellectuali. Magnitudo differentiæ inter ſenſuale, & ſenſuale: ſenſuale, & intellectuale: intellectuale, & intellectuale. Magnitudo concordantiæ inter ſenſuale, & ſenſuale: ſenſuale, & intellectuale: intellectuale, & intellectuale. Ita-

Species 12. in ſingulis. que numeravimus duodecim ſpecies in magnitudine, & ſimiliter numerandæ ſunt in boni-



(c) 2006 Ministerio de Cultura

tate, in differentia, & concordantia; ſicque erunt enumeratæ quadraginta octo ſpecies in camera B C.

115 Sexta evacuatio generalis in camera B C. fit per ſeptem regularum ſpecies in ea cōtentas; ſcilicet tres in littera B. & quatuor in littera C. Vnde replicando ſepties numerum duodenariū habentur octoginta quatuor quæſtiones, quibus ex eadem camera reſpondetur. Sit exemplum. *Bonitas eſt magna.* Ex hac propoſitione formãtur ſeptē quæſtiones. Prima in forma dubitativa ſic: *Vtrum bonitas magna ſit, vel nō ſit?* Secunda in forma affirmativa ſic: *Vtrum bonitas magna ſit?* Tertia in forma negativa ſic: *Vtrum bonitas magna non ſit?* Deinde ſuppoſito jam eſſe bonitatis, proponitur, per regulā *Quid*, quarta quæſtio ſic: *Quid eſt in ſe bonitas magna?* Quinta: *Quid habet in ſe bonitas magna?* Sexta: *Quid eſt in alio bonitas magna?* Septima: *Quid habet in alio bonitas magna.* Itaq; ſicut abſolutè ex vnaquaq; propoſitione formabantur duæ quæſtiones; ſic nūc evacuãdo earundē quæſtionum ſpecies formantur ſeptem. Et ſicut formatæ ſunt de propoſitione illa, *Bonitas eſt magna,* ſic quoque de qualibet alia propoſitione in dicta camera formandæ ſunt ſeptem quæſtiones; & ſic duodecim vices ſeptem. Evacuatio 6. Quæſtiones 84.

116 Tandem vt fœcundior fiat evacuatio, & multipli- Vberior evacuatio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& multiplicetur, poteris vnamquamque propoſitionem abſtractione, & concretione ſignificando ſimplicitatem, & compoſitionem, mutuumque principiorum ingreſſum, & fœcundũ egreſſũ ſubtilizare, diſcurrendo primò quodlibet ſignificatum cameræ viginti modis diſtinctis: ſicut de bonitate dicendo ſic. Bonitas bonitatis, bonitas magnitudinis, bonitas differentiæ, bonitas concordantiæ: Bonitas bonitatis bonæ, magnæ, differẽtis, concordantis: Bonitas magnitudinis bonæ, magnę, differentis, concordantis: Bonitas differentiæ bonæ, magnæ, differentis: concordantis: Bonitas concordantiæ bonæ, magnæ, differentis, concordantis.

Primus mod9 mixtionis.

117 Deinde ſecundò poſſunt formari ſexdecim aliæ mixtiones, ſeu combinationes ſic. Bonitas, bonitate bona, magna, differens, concordans: Bonitas, magnitudine bona, magna, differens, concordans: Bonitas, differẽtia bona, magna, differens, concordans: Bonitas, concordantia bona, magna, differens, concordãs.

Secundus.

Rurſus tertiò formentur ſexdecim aliæ cõbinationes ſic. Bonitas bonitatis bona, magna, differens, concordans: Bonitas magnitudinis bona, magna, differens, concordans: Bonitas differentiæ bona, magna, differens, concordans: Bonitas concordantiæ bona, magna, differens, concordans,

Tertius.

Multæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Multæ aliæ poſſent formari mixtionum formulæ, ſed iſtæ quinquaginta duæ ſufficiant ad ſignificandum fœcunditatem naturæ repræſentatam in duobus ſpeculis ſe mutuò reſpicientibus, & ſpecies intra ſpecies multiplicantibus, vt monet Doctor, quæſtione 54. Sententiarum. Et ſicut de bonitate diximus, eodem ferè modo de ſingulis terminorum combinationibus quiſvis diſcurrere poterit.

Mixtiones 52.

Fœcunditas naturæ ſignificatur.

## DE SEPTIMA PARTE, QVÆ EST de multiplicatione quartæ Figuræ.

118 TEXTVS.

*MVLTIPLICATIO quartæ figuræ conſiſtit in hoc; videlicet quòd prima camera BCD. in quarta figura, ſivè Tabula ſignificat, quòd B. vnam conditionem habet cum C. aliam cum D. Et C. vnam conditionem habet cum B. aliam cum D. Et D. vnam conditionem habet cum B. aliam cum C. Et ſic ſunt in ipſa camera ſex conditiones, cum quibus intellectus ſe conditionat, & diſponit ad inveſtigandum, & inveniendum, & objiciendum, & probandum, & determinandum.*

Multiplicatio fig 4

Conditiones ſex.

*Poſt iſtas ſex conditiones intellectus acquirit alias ſex conditiones, volvendo circulum minorem, ponendo ſuum E. ſub C. circuli mediocris, ſub quo erat ſuum D. Et quia*

Intellectꝰ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Camera mutata, & cõditiones mutantur.

*Et quia mutata eſt camera, ideo mutantur ejus conditiones; & ſic intellectus habituat ſe duodecim conditionibus. Et ſic per alias cameras multiplicando columnas, & volvendo illas.*

Propoſitiones 30. Quæſtiones 90.

119 *Conditiones quas intellectus multiplicat per iſtũ modũ ſunt difficiles ad numerandum; nam de qualibet camera poteſt intellectus ſic evacuare triginta propoſitiones, & nonaginta quæſtiones: ſicut de camera BC. tertiæ figuræ ſunt duodecim propoſitiones, & viginti quatuor quæſtiones.*

Sophiſta vtitur ſecũdis intentionibus.

*Et in iſto paſſu cognoſcit ſe intellectus valde generalẽ, & artificiatum ſuper alium intellectum ignorãtem iſtam Artem, deducendo ipſum ad multa inconvenientia & impoſſibilia. Et ſic Sophiſta coram tali intellectu non poteſt ſtare; eò quòd talis intellectus Artiſtæ hujus Artis vtitur conditiònibus primitivis, & naturalibus: Sophiſta autem ſecundarijs, & extra naturam conſideratis; vt patet in Arte magna.*

## 120 SCHOLIVM.

NOTANDVM primò. Cum Doctor dicit, quòd habentur ſex conditiones poſito C. circuli mediocris, ſub B ſupremi, & ſupra D. infimi, ſatis patet in textu; ſed cum dicit, quòd volvẽdo circulum inferiorem, & ponendo E. ſub C. mediocris, & B. majoris habentur ſex aliæ conditiones, videbitur fortè difficile, quia immutatis B. & C. primi, & ſecundi circuli

(c) 2006 Ministerio de Cultura

circuli, immutatæ quoq; videntur conditiones, quas invicẽ mutuò ſe tribuunt, ac proinde ſupernumerari ſolùm videntur quatuor cõditiones, à primis ſex diſtinctæ. Sed certé, vt Doctor docet, res eſt: & patet facile; nã eſtò invariata ſint in ſe B. & C. ſuperioris, & medij circuli; variata tamẽ ſunt in E. vltimi circuli. Quoniã B. aliam conditionem accipit à C. conditionato cum E. ab illa, quam acceperat ab eodem C. conditionato cum D. Similiter C. aliam conditionem habet à B. conditionato cũ E. ab ea, quã acceperat ab eodẽ B. conditionato cũ D.

Variata camera, & conditiones variãtur.

120 Exẽplo patebit veritas: B C D. verbi gratia Bonitas magna durans: nunc bonitas cõditionatur magnitudine duranti. Et cum pono B C E. dico: Bonitas magna potens; & conditionatur bonitas, magnitudine potenti. Alia autem eſt magnitudo durans, à magnitudine potenti; ac proinde magnitudo durans aliã conditionẽ tribuit bonitati, ab ea, quam magnitudo potẽs eidẽ tribuit bonitati. Et in hoc paſſu apparet, quòd tacto vno principio, tangũtur omnia, ſicut dicebamus in ſcholio primæ figuræ. Hoc eſt variata cõditione vnius principij, variantur cõditiones aliorũ. Quare curandũ eſt maximè, quòd obſerventur quæ monuimus in ſcholio quartæ figuræ, nũ. 26. ne conditiones à quæſtionibus alienæ introducantur, & argumentetur abs re.

Tacto vno principio, tanguntur omnia.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

122 Notandum ſecundò. Cum dicit Doctor in textu, quòd intellectus multiplicatione quartæ figuræ ſe diſponit ad inveſtigandum, inveniendum, objiciendum, probandum, ac determinandum, & quòd cognoſcit ſe valde generalem, & artificiatum; innuit quinque modos, quos in Arte magna, parte ſeptima, quinque capitibus expendit, quibus multiplicatio iſta quartæ figuræ magis artificiatè fit. Prìmus modus eſt per multiplicationẽ rationũ. Secundus per inventionem mediorum. Tertius per tres probandi ſpecies; videlicet *Propter quid*, per *Æquiparantiam*, *&* *Quia*. Quartus per cognitionem fallaciarũ. Quintus tandẽ per modũ diſcendi facile ſcientias alias.

Intellect9

Vberior multiplicatio figuræ 4.

123 Notandum tertiò ad fœcundiorem multiplicationem quartæ figuræ, quòd ſumendo ſolùm ſignificata cujuſlibet cameræ, ſivè abſoluta, ſivè reſpectiva, variatis terminis adjectivè, ſubſtantivè, abſtractivè, concretivè, rectè, obliquè multiplicantur in ſolis tribus terminis, ſexaginta quatuor propoſitiones diſtinctæ; vt videre eſt in ſpecierum ſcrutinio Iordani Bruni, cap. 7. *de Tabula*, pag. 676. Vbi octo adducit regulas, quibus vniformiter quâlibet columnam diſcurrere poſſumus. Quarum prma eſt: Accepto primo termino *adjectivè*, duobus reliquis *ſubſtantivè*. 2. Accepto primo termino *ſubſtantivè*

Propoſitiones 64.

Regulæ 8.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*tantivè*, duobus alijs *adjectivè*. 3. Accepto primo, & ſecundo *adjectivè*, tertio *ſubſtantivè*. 4. Accepto primo, & ſecundo *ſubſtantivè*, tertio *adjectivè*. 5. Accepto primo, & tertio, *adjectivè*, ſecundo *ſubſtantivè*. 6. Accepto primo, & tertio *ſubſtantivè*, ſecundo *adjectivè*. 7. Acceptis omnibus terminis *adjectivè*. 8. Acceptis omnibus *ſubſtantivè*. Exemplum adducit in camera B C D. de bonitate, magnitudine, duratione: ex quibus terminis, præindicatis regulis obſeruatis format ſexaginta quatuor propoſitiones, dicendo ſic: *Bonum magnitudinis durationis. Bonum magnitudine durationis. Bonum magnitudinis duratione, &c.*

Quam Bruni ſeriem collimavimus, deceq; addidimus combinationes (amotis duabus in Bruno replicatis, ſcilicet vigeſima octava, & trigeſima ſeptima) in Lectura ſuper Artẽ magnam, parte quinta. Sed eruditus Artiſta ſpeculatione propria, conjugationeque varia terminorum, & prout meliùs ſonabit, in ſubjecta materia, fructuoſiùs, propoſitiones variabit, diſcurrendo ad Artis generalis libitum, quàm novis legibus onuſtus, & ligatus: ſemper enim ordinatè procedet, ſi ſervato ordine multiplicandi cameram procedat ad modũ multiplicationis tertiæ figuræ; qui eſt vltimus multiplicandi modus in hac quarta, vt conſtat ex Arte magna, parte 7. cap 1. *de multiplicatione plurium rationum*, num. 2. vbi

Series Bruni.

Leges non ſunt multiplicandæ nimis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

vbi Doctor dicit: *Vlteriùs eſt quarta multiplicatio, eò quia quarta figura continet in ſe tertiam figuram; ſicut camera B C D. continet in tertia figura cameram B C. & cameram C D. Similiter camera C D E.* continet in tertia figura cameram C D. & D E. & ſic de alijs ſuo modo.

Quarta figura contiñet tertiã.

Vide nũ. 116. 117.

## DE OCTAVA PARTE, QVÆ EST de mixtione principiorum, & regularum.

### TEXTVS.

124 *IN parte iſta intellectus miſcet vnum principium cum alio, diſcurrendo quodlibet principium per omnia principia, & per omnes ſpecies regularum: & per talem diſcurſum, intellectus habet notitiam de quolibet principio: & tot vicibus, quot miſcet ipſum principium diverſimodè, habet notitiam diverſam de ipſo: & tot media, quæ intellectus invenit ad concludendum, quis poſſet enumerare? Intellectu evacuante ipſam mixtionem, ſicut evacuavit cameram B C. vt ſupradictum eſt, parte 6.*

Mixtio, ſeu cõbinatio.

Media innumera.

*Iſta mixtio eſt centrum, & fundamentum ad inveniendum multas propoſitiones, quæſtiones, & media; conditiones, & ſolutiones, & etiam objectiones. Sed hoc exemplificare dimittimus intellectui benè intuenti, cauſa brevitatis; & quia in Arte magna eſt declaratus, & exemplificatus modus mixtionis.*

Centrum diſcurſus.

*Vlterius*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Vlteriùs hæc mixtio eſt ſubjectum, & refugium Artiſtæ hujus Artis, vt inveniat in ipſa quidquid vult ad placitum. Nam ſi indiget aliquo, quod ſit de genere bonitatis, diſcurrat ipſam bonitatem per omnia principia, & regulas; & inveniet de ipſa quidquid intelligere voluerit: & ſicut dicimus de bonitate, ita poteſt dici de alijs principijs.*

Mixtio eſt potiſſimũ inſtrumentũ ſciẽdi.

126 *Iſta mixtio eſt ſic cõditionata, & ordinata, ſicut vna res eſt diſtincta ab alia. Nam ſi diſcurratur Divina bonitas per principia, & regulas, ipſe quidem diſcurſus Divinæ bonitatis requirit altiores diffinitiones, & ſpecies regularum, quàm diſcurſus bonitatis Angeli: & diſcurſus bonitatis Angeli, quàm diſcurſus bonitatis hominis: & diſcurſus bonitatis hominis, quàm diſcurſus bonitatis leonis: & diſcurſus bonitatis leonis, quàm diſcurſus bonitatis lapidis; & ſic de alijs ſuo modo*

Graduatio combinationum.

127 *SCHOLIVM.*

NOTANDVM primò, quòd conditiones principiorum quærendæ ſunt, & ſumendæ ex varia ipſorum ad invicem, & cum alijs mixtione: ideo dicit Doctor, mixtionem eſſe centrum, & fundamentum inventionis mediorum, & conditionum; ac proinde variarum poſitionũ, quæſtionum, objectionum, & ſolutionum; nam bonitas per magnitudinem eſt magna, & per parvitatem parva: Per majoritatem eſt major, & per minoritatem minor: Per concor-

Conditiones vndè ſumantur.

Centrum diſcurſus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cordantiam concordat alteri bonitati, & per contrarietatem contrariatur malitiæ. Vna eſt in homine, & perfectior: alia verò in leone, & imperfectior. Quare, ſicut monet Doctor in textu, bonitas altiorem petit definitionem in homine, quàm in leone: & per conſequens diverſa, & altiora quæruntur de bonitate humana, inferiora verò de bonitate leonina. Hinc.

Diffinitio ſequitur cõditionẽ diffiniti.

128 Notandum ſecundò, ex eodem Magiſtro in Arte demonſtrativa, dictinctione ſecũda, in triangulo nigro figuræ T. obſervandam eſſe maximè regulam principalem hujus Artis, quòd ſcilicet ſervẽtur ſemper principia Artis, ſeu alia quælibet, ex quibuſvis lectionibus obſervata, in ſuis determinatis conditionibus; nõ enim quæ de bonitate Divina concedimus, de bonitate creata concedere poſſumus, nec debemus; ſed alia, & alia; ſervata tamen ſemper vnitate rationis bonitatis: ſemper enim bonitas eſt ratio bono, quòd agat bonum: ſedtamen bonitas Divina eſt ratio bono Divino, quòd agat bonum Divinum. Hoc non habet bonitas creata.

Triangul9 niger.

Conditiones ſubjectorũ ſunt conſeruãdę.

129 Notandum tertiò, ex eodem Egregio Magiſtro in Arte inventiva veritatis, diſtinctione tertia, regula quarta *de ſpecificatione generalis*, quòd omninò generale eſt principiorum quodlibet in ſe, & ſimpliciter acceptum. Non

Generale omninò.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

omninò generale, ſeu ſpeciale eſt connexio, vel remotio, quam vnumquodque principium generalium habet cum alio principio generali, vel cum principijs ſpecialibus. Nam bonitas, verbi gratia, ratione magnitudinis eſt magna; vel non eſt magna ratione parvitatis. Eſt humana ratione humanitatis; vel non eſt humana ratione equinitatis. Itaque bonitas, quæ generaliter ſtabat ad contrahendum, vel diſtrahendum; cũ contrahitur per humanitatẽ, cõnectitur cum humanitate, & removetur, ſeu diſtrahitur ab equinitate. Tandem omninò ſpeciale, ſeu ſpecialiſſimũ eſt connexio, vel remotio, quam vnũquodque generalium, vel etiam ſpecialium habet cũ aliquo ſpecialiſſimo, ſcilicet determinatæ ſpeciei individuo.

Non omninó generale.

Speciale omninó.

130 Notandum quartò, ex eodem Doctore loco citato, quòd omninò ſpeciale, vel eſt Deus, vel creatura; & quodlibet ſuas ſortitur ſpeciales conditiones per ſe notas; & hoc ſivè conſideretur in ſe ſimpliciter, ſivè in cõparatione ad aliud. Et loquendo de omninò ſpecialibus extra Deum, adverte, vnumquodque neceſſariò eſſe alicujus determinatæ ſpeciei; & illa ſpecies, alicujus determinati generis; & illud genus, eſſe generaliſſimorum principiorum, ſub quibus eſt, & quorum omniũ proprietates, ipſum omninò ſpeciale manifeſtè ad ſe contrahit, & per

Conditiones ſpeciales.

Cõtractiones.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& per eas diſtrahuntur ab eodem proprietates, ſeu conditiones ſpeciei oppoſitæ, ſeu diſparatæ; oppoſiti, ſeu diſparati generis; & oppoſiti, ſeu diſparati generaliſſimi: verbi gratia, Petrus, per bonitatem eſt bonus, & diſtinguitur à malo: Per perſeitatem eſt per ſe, ſeu ſubſtantia, & diſtinguitur ab accidenti: & ſic ordinatè ſe contrahit per humanitatē ad eſſe hominis, & diſtrahitur ab eſſe Angeli: Petrus enim petreitate vltimò conſtitutus, eſt vnum ens ſpecialiſſimum determinatæ ſpeciei hominis, à cęteris diſtinctę.

Petreitas claudit illativè, Petrus contentivé ſuperiora. Cert. nū. 183. pag. 274.

131 Notandum quintò, quòd maximè ab Artiſta obſervandum eſt monitum Doctoris, videlicet, quòd ſciat quid dicitur per nomen, antequam quæſtioni reſpondeat: ignoratis enim terminis, non poteſt diſcurſus regulari. Primò igitur de vnoquoque conſiderandæ ſunt, & ſumendæ proprietates ejus, quas per ſe notas habet; ſicut monet Doctor Illuminatus, diſtinctione tertia citata Artis inventivæ, regula quarta, circa finem.

Quid nominis.

Quòd ſi dictæ conditiones poſitæ, ſeu ſuppoſitæ deſtruunt conditiones ſpeciales, & generales; ſignum eſt, illud particulare ſubſiſtere non poſſe, ac proinde negandum. Ratio eſt, quia nullum particulare deſtruit ſuũ vniverſale; imò iſtud neceſſariò ſupponit, neceſſitate, inquã, per ligamē

Regula judicandi.

Ligamen naturæ. v. Ligamen.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ligamen, & naturam, quæ eſt intra ſubjectum: ſicut v. g. *ſi homo eſt : ergo animal eſt.* Ita docet Doctor in lib. de diſp. fidei, & intellectus, part. vlt. de reſurrectione, in initio. Et ſicut homo ſubſiſtere non poteſt, neque eſſe cum deſtructione animalis; ſic nullum individuum, ſeu omninò ſpeciale eſſe poteſt, quin conſerventur in eo ſua ſpecies, ſuum genus, & generalia ſua principia. Imò nec combinatio aliqua vnius principij cum alio conſiſtit, quin conſiſtant omnes: quare contrarietas naturalis tantùm eſt, vbi bona eſt, magna &c. vt patet ex dictis in diffinitione durationis, num. 34. Contrarietas naturalis.

## DE MIXTIONE BONITATIS CVM Principijs, Appendix.

132

QVONIAM principiorum mixtio valdè neceſſaria eſt: ideo ex Egregio Præceptore noſtro in Lectura compendioſa tabulæ generalis, parte ſecunda, mixtionem bonitatis cum alijs principijs proponimus, vt ſic mixtionandi practicam habeamus, & facilè alia principia miſcere diſcamus. De mixtione igitur bonitatis cum alijs principijs (inquit Doctor in citata Lectura, dicta pectoralis) dicimus ſic: Bonitas eſt magna, durans, potens, intellecta, dilecta, virtuoſa, vera, glorioſa. Et habet in ſe differentiam, concordantiã, & contrarietatem: & eſt principium, & habet medium, & habet fi- Cõbinatio eſt potiſſimum mediũ ſciẽdi. Cert. v. *Combinatio.*



(c) 2006 Ministerio de Cultura

finem: & majoritatem, & æqualitatem, & minoritatē. Et ſicut bonitas habet omnia iſta principia, ſic omnia iſta principia habent bonitatem ipſam, exiſtentia bona per eandem bonitatem.

Circulatio principiorum.

133 Iterùm Bonitas eſt magna ſubſtantialiter, quia habet conſubſtantialia ſua magna; ſcilicet ſuum bonificativum, bonificabile, & bonificare. Sed hoc tantúm eſſe poteſt in ſuppoſito ſubſtantiali, & non extra. Et eſt magna etiam per accidens, per magnitudinem, quæ ſibi ſuam dat ſimilitudinem. Et ſic de duratione durificante bonitatē, ac ſuum bonificativum, bonificabile, & bonificare. Hoc idem eſt de poteſtate, per quam bonitas durare poteſt in exiſtendo, & agendo. Et ſic de ſapientia, per quam ipſa bonitas intelligibilis eſt, & intellecta ſubſtantialiter, & accidentaliter. Et per voluntatem eſt amabilis, vt voluntas bonum habeat amare. Et ſic de virtute, per quam bonitas eſt virtuoſa, & vt virtus ſit bona. Et ſic de veritate, per quam bonitas eſt vera, ſicut veritas per bonitatem eſt bona. Hoc idem eſt de gloria, per quam bonitas eſt glorioſa, & gloria eſt per bonitatem bona. Et de differentia, per quam bonitas habet differentia concreta, & eſt differens per eſſentiam à magnitudine, duratione &c. Et inter ſenſuale, & ſenſuale differentia bona eſt per bonitatem; vt in angulo de differentia ſignificatum eſt. Et per concordantiam bonitas habet in ſe entia concordabilia; ſcilicet bonifi-

Bonitas ſubſtātialis, & accidentalis.

Principia ſubſtātialia, & accidētalia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bonificativum &c. Et ſic de contrarietate, per quã bonitas eſt diffuſa in rebus contrarijs; ſicut cõtrarietas ignis, & aquæ; & ſic de alijs, quæ ſunt bona contraria per bonitatem. Et ſic de principio, per quod bonitas eſt principium omnium bonorum, quæ per ipſã ſunt bonificata; ſicut ſunt omnia colorata per colorẽ. Et ſic de medio, per quod bonitas habet medium eſſentiale in ſeipſa; ſicut bonificare exiſtens in medio bonificativi, & bonificabilis: & ſic de alijs ſpeciebus medij; vt in angulo de medio ſignificatum eſt, pag. 11. Et ſic de fine, qui in bonitate ſe ponit, vt bonitas ſit finis omnibus bonificatis ſimpliciter quoad ſuũ genus. Etiã per finẽ habet terminos eſſentiales; ſicut bonificativum &c. Et ſic de privatione finis; ſicut privatio vitæ hominis in hoc mundo; & privatio vitiorum, vt in alia vita homo Beatitudinem habere poſſit. Idem eſt de majoritate, per quam bonitas poteſt eſſe major ſubſtantialiter, quàm accidentaliter; & major per vnũ ſubjectum, quàm per aliud. Et ſic de minoritate; quia majoritas, & minoritas bonæ ſunt per bonitatem. Et ſic de æqualitate, per quam bonitas in ſe habet res æquales; ſicut bonificativum ſuum, bonificabile, & bonificare; quæ per eſſentiam bonitatis æqualia ſunt; & in alijs eſſentijs æqualia accidentia ſunt; ſicut in magnitudine &c. quæ æqualiter eſt bona per conſubſtantiale bonificativũ, bonificabile, & bonificare ſubſtantialis bonitatis.

Contrarietas ignis, & aquæ

Virtus cõducit ad gloriam.

Gradus ſubjectorum.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

134 Deinde ad exemplificandum quomodò regulæ ſunt ad principia applicandæ, dat exemplum Doctor in Lectura citata, diſcurrendo bonitatem per omnes regulas, & ſpecies earum. Sed iſtud exemplum dimittimus, brevitatis cauſa; & quia jam in quarta parte, intellectus per omnes regulas diſcurritur in textu, num. 63. & ſequentibus.

Regulæ continent locos communes. Cert. nu. 172. pag. 256.

## DE IX. PARTE, QVÆ EST DE Novem Subjectis.

### 135 TEXTVS.

Subjecta novem.

*IN Arte iſta ponuntur novem ſubjecta, in Alphabeto ſignificata, in quibus cadit quidquid eſt, & extra ipſa nihil eſt.*

*Primum ſubjectum eſt* Deus, *per* B *Significatum.*
*Secundum ſubjectum eſt* Angelus, *per* C *Significatum.*
*Tertium ſubjectum eſt* Cœlum, *per* D *Significatum.*
*Quartum ſubjectum eſt* Homo, *per* E *Significatum.*
*Quintũ ſubjectũ eſt* Imaginativa, *per* F *Significatum.*
*Sextum ſubjectum eſt* Senſitiva, *per* G *Significatum.*
*Septimũ ſubjectũ eſt* Vegetativa, *per* H *Significatum.*
*Octavum eſt* Elementativa, *per* I *Significatum.*
*Nonũ & Vlt. eſt* Inſtrumẽtalitas, *per* K *Significatum.*

136 *Quoniam in Arte magna quodlibet ſubjectum eſt deductum per principia, & regulas; idcirco ipſa hic non diſcurrimus, quia hanc Artem breviorem illâ volumus facere; & quia illa deductio in hac Arte eſt implicata.*

*Prop-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Propter quod illam dimittimus intellectui benè intuenti; & ſufficit exemplum datum in tertia figura, in qua applicavimus omnia principia ad bonitatem; & etiam ad intellectum applicavimus omnes regulas hujus Artis in quarta parte, quæ eſt de regulis. Tractatum iſtorum ſubjectorum conſideramus cum quatuor conditionibus, vt per eas intellectus ſit conditionatus ad diſcurrendum ſubjecta, & prædicata per principia, & regulas conditionaliter, ſecundùm quòd quodlibet ſubjectum eſt conditionatum per ſuam naturam, & eſſentiam: nam Divina bonitas vnam conditionem habet in Deo: & bonitas angelica aliam in ipſo angelo; & ſic de alijs ſuo modo.

Applicatio.

Conditiones diſcurrendi ſunt quatuor.

Gradus ſubjectorum.

137 Prima conditio hæc eſt; videlicet, vt quodlibet ſubjectum habeat ſuam diffinitionem, cum qua ſit differens ab omni alio ſubjecto. Et ſi quæratur aliquid de ipſo ſubjecto, quòd reſpõdeatur tali modo affirmãdo, vel negãdo, vt diffinitiones principiorũ cõveniãt cũ ipſa diffinitione: & ſic de regulis, ſine aliqua læſione principiorũ & regul.

Conditio 1.

138 Secunda conditio eſt quòd in judicio, ſivè practica conſervetur differentia ſubjectorum; ſicut Divina bonitas, quæ differt à bonitate angelica per infinitatem, & æternitatem; eò quia talis bonitas eſt ei ratio, vt agat bonum infinitum, & æternum; bonitas autem angelica nequaquam; ſed finita, & nova eſt.

Conditio 2.

139 Tertia conditio eſt, quòd concordantia, quæ eſt inter vnum ſubjectum, & aliud ſubjectum non deſtruatur; ſicut concordantia, quæ eſt inter Deum, & angelum; concordant enim in ſpiritualitate. Et ſic de alijs ſuo modo poteſt dici.

Conditio 3.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Quarta conditio eſt, quòd ſecundùm quòd vnum ſubjectum eſt nobilius, & altius, ei attribuantur altiora, & nobiliora principia, & regulæ, quàm alteri; ſicut Deus qui eſt altius, & nobilius ſubjectum, quàm angelus &c. Et angelus, quàm homo &c. Et ſic de alijs ſuo modo.*

140 SCHOLIVM.

CVM dicat Magiſter in textu, ſubjecta omnia comprehendi in novem, ab eo aſſignatis ſubjectis: conveniens erit in præſenti ſufficientiam eorum oſtendere. Quæ ſic probatur. Nam ſubjectum omne aut eſt primitivum, & ſubſtantiale; aut derivativum, & accidentale. Si primitivum, aut eſt infinitum, aut finitum. Si infinitum; ſic eſt Deus. Si veró finitum, aut eſt tantùm ſpirituale, aut tantùm corporale, aut ſimul ſpirituale, & corporale: ſi eſt tantùm ſpirituale, aut completum, aut incompletum: ſi completum, ſic eſt Angelus; ſi veró incompletum, ſic eſt anima rationalis, altera hominis pars. Si autem ſubjectũ eſt tantũ corporale, aut eſt ſuperius, & incorruptibile; & ſic eſt cælũ: aut eſt inferius, & corruptibile; & ſic, aut eſt inanimatũ, aut animatũ: ſi inanimatũ, ſic eſt elemẽtativa; ſi animatũ, aut eſt vivẽs tantũ, aut vivẽs vná & ſentiens; ſi vivẽs tãtũ, ſic eſt vegetativa; ſi vivens, & ſentiens ſimul, aut eſt imperfectũ, aut perfectũ; ſi imperfectũ, ſic eſt ſẽſitiva; ſi perfectũ, ſic eſt imaginativa. Quod autẽ ſimul eſt corporale, & ſpirituale, eſt homo cunctorũ animan-

Applicatio.

Sufficientia ſubjectorum.

Homo eſt centrum. Cert. nu. 144. pag. 205.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

animantium princeps, & rerum omnium egregium centrum.

141 Deinde ſubjectum derivativum, & accidentale, aut eſt naturale; & ſic ſunt novem prædicamenta accidentium, quantitas, qualitas, relatio, actio, paſſio, habitus, ſitus, tempus, & locus: Aut eſt morale, & continet ſub ſe virtutes, & vitia in Alphabeto poſita; videlicet juſtitiam, prudentiam &c. avaritiam, gulam &c. Et ſub inſtrumentativa comprehenduntur genera omnia inſtrumentorum, tàm liberalium, quàm mechanicarū artium; quæ recenſere, nimis oneroſum eſſet. Prædicamenta accidentiū. Inſtrumēta ſunt varia.

Cæterū advertendū eſt maximè, quod D. monet in textu, *quòd* ſcilicet, *ſic conſerventur illæſæ rerū differentiæ, vt ipſarum non pereat concordantia, ſed juxta nobilitatem ſubjecti nobilitentur principia, & regulæ*: ſemper enim *talia ſunt prædicata, qualia permittuntur eſſe à ſubjectis*. Et ad hoc obſervandum, commemoranda ſunt quæ monuimus in ſcholio partis antecedentis, num. 127. & ſequentibus. Axioma logicum. Cert. nu. 98. pag. 125.

142 Sed quæres: quare Doctor, ex dictis quatuor conditionibus, quas in textu ponit ad rectum ſubjectorum diſcurſum, aſſignat tres pro parte differentiæ, & vnam tantùm pro parte concordantiæ? Solutio. Intellectui ad intelligendum magis neceſſaria eſt differentia, quàm concordantia. Hujus dicti rationem aſſignat Doctor in magna Lectura tabulæ generalis, & artis inventivæ, diſt. tertia, parte Differētia eſt lumen intellectus Cert. nu. 113. pag. 152.

ſecunda

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſecunda de mille quæſtionibus minutis, in quæſtione de Deo, vbi dicit: *Sicut voluntas amat per conjungere; ita intelligit intellectus per differentiare.* Hinc in fine partis citatæ, cap. de quæſtionibus expoſitionis, quærens idem Magiſter; quomodó expoſitio Sacræ ſcripturæ fiat ſecundùm iſtam Artem? Reſpondet ipſe. *Qui iſtam ſcientiam ſunt edocti poſſunt exponere, & interpretari auctoritates ſanctorum, leges, decreta, decretales, aphoriſmos, & reliqua id genus, ſervando proceſſum hujus doctrinæ; ſcilicet,* decem *regulas, & principia.* Nam expoſitio alitèr fit ſecundúm vnam regulam, & alitèr ſecundùm aliam. Et ſic de principijs hujus ſcientiæ. Et quamvis Doctor, loco citato poſſit etiam intelligi de regulis, quas in Arte inventiva ponit; expreſſé tamen loquitur de decem regulis Artis magnæ, & brevis, quas initio Tabulæ generalis, & Lecturæ ponit; in his autem illæ, quæ novem ſunt, & aliæ alibi traditæ, implicantur, vt dicimus in Lectura ſuper artem magnam, parte 4. cap. 6.

Expoſitio.

Regulæ omnes implicantur in regulis hujus Artis Cert. nu. 164. pag. 239.

143 Deinde quærens ibidem Doctor: *Diſputatio quomodò ſit?* Reſpondet. *Diſputatio fit iſto modo; videlicet quòd diſputans ſe concordet cum adverſario in maximis hujus ſcientiæ, ſecundùm quas conſtituat poſitiones neceſſarias, adducatve adverſarium ad inconvenientia, tangendo illum, modò per vnum principium, modò per aliud: & quæſtiones intexendo, nunc per vnam regulam, nunc per aliam, ſub vna eadem concluſione.*

Diſputatio quomodò reſolvéda. Cert. n. 98. pag. 126.

Hæc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

144 Hæc Doctoris monita obſervabis, & ad ſubjectorum, terminorumve differentiam attendes, ſi intelligere deſideras: & ſemper, quantùm occaſio permiſerit, terminos ampliabis, vt reſtrictionem caveas, & coarctationem: limitatio enim, ſeu coarctatio confundit; illimitatio veró, ſeu dilatatio clarificat, & veritatem oſtendit. Ideo Doctor ter recurrendum monuit ad differentiam, & ſemel ad concordantiam, vt ſic attendatur illa, ne aſſumpti termini vnitas pereat. Sed de his fuſiús in Lectura cit. Nunc ad ſubjecta ſpecialia procedamus; quibus ſingulis aptabimus ſpeciale caput, vt diſtinctiús Doctoris textum proponamus. Et quia, quæ de ſubjectis occurrunt, non ſunt ſcholijs perſtringenda; ideo ab his abſtinemus, & Lectorem remittimus ad varia Doctoris Illuminati opera de ſingulis diſcurrentis, & inferiùs aliquas quæſtiones diſſolvẽtis in parte vndecima; vbi breviter reſolvemus etiã illas, quas Doctor diſſolvendas propoſuit.

Differẽtia eſt lumen.

Labium commune ſervandũ. Cert. ỿ. *Labium.*

## CAPVT I. DE PRIMO SVBIECTO, Quod eſt Deus.

145 *DEVS eſt diſcurribilis per principia, & regulas: nam Deus eſt bonus, magnus &c. De ipſo multæ diffinitiones poſſunt dari, lato modo diffiniendo; ſed hic ei vnam damus:* Deus eſt ens, quod extra ſe non indiget aliquo, in ipſo namque totaliter ſunt omnes

Deus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

perfectiones. *Et cum iſta quidem diffinitione eſt Deus differens ad omni alio ente: omnia enim alia entia indigent aliquo extra ſe.*

Defectus in Deo nõ eſt.

*In Deo non eſt aliqua contrarietas, nec minoritas; quia principia privativa & defectiva ſunt: Veruntamen in Deo eſt majoritas reſpectu aliorum entiũ, & æqualitas in ſe: nam æqualia principia habet; videlicet bonitatem magnitudinem; & etiam æquales actus, & relationes habet.*

Correlativa.

146 *In Deo eſt differentia correlativorum, ſine qua ipſi correlativi nequaquam eſſe poſſunt, nec Deus abſque ipſis poſſet habere actionem intrinſecam infinitam, & æternam: imò ſine ipſis omnes ſuæ rationes eſſent otioſæ: quod eſt valde impoſſibile.*

*In Deo eſt concordantia, vt cum ipſa diſtet multum, & infinitè à contrarietate; & ſua correlativa conveniant infinitè, & æternè in vna eſſentia, & natura; & ſic de ſuis rationibus poteſt dici.*

Accidens.

*In Deo non eſt quantitas, nec tempus, nec vllum accidens. Ratio hujus eſt, quia ſubſtantia ſua ab omni accidente eſt ſegregata, & denudata; nam infinita, & æterna eſt. Deo ſic conditionato per quatuor conditiones antedictas; indè quidem intellectus intelligit ſe conditionatum ad intelligendum Deum, & ea quæ de ipſo dici poſſunt, per principia & regulas Deo appropriatas. Adhuc cognoſcit, & intelligit quòd ſi Angelus habet naturale poſſe in re, & ſic de alijs: multò magis Deus, cum ſit ſubjectum magis altũ: vt patet per locũ à minori ad majus.*

Lumen intellectus.

Locus á minori ad majus.

CA-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# CAPVT II. DE SECVNDO SVBIecto, quod eſt Angelus.

147

*ANGELVS eſt deducibilis per principia, & regulas: ipſe quidem naturalem bonitatem, magnitudinem, durationem &c. habet. Et diffinitur ſic:* Angelus eſt ſpiritus corpori non conjunctus. *In ipſo nõ eſt contrarietas naturalis; nam incorruptibilis eſt.* Angelus. Non habet cõtrarietatem naturalem

*In ipſo eſt materia de bilibus; ſcilicet de bonificabili, magnificabili &c. vt per ſecundam ſpeciem regulæ D. ſignificatum eſt. In Angelo eſt majoritas; eò quia eſt magis ſimilis Deo, quàm homo; quia altiora principia, & regulas habet, quàm homo. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd ſi homo non poteſt vti ſenſibus, abſque organis, non ſequitur propter hoc, quòd Angelus non poſſit agere ſine organis: nam Angelus natura eſt ſuperior. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd Angeli poſſunt loqui inter ſe, & agere in nobis, abſque organo: & tranſire ab vno loco ad alium, ſine medio: & ſic de alijs, vt patet per intellectum diſcurſum per regulas, part. 4.* Et notavimus ſuperiùs, num. 134. Habet materiam objectivam. Eſt major homine. Tranſit à loco vno ad alium ſine medio.

*In Angelo eſt differentia: nam ſuus intellectus, memoria, & voluntas differentes ſunt inter ſe. Æqualitas intelligendi, & amandi, & recolendi eſt in Angelo, ratione objecti ſupremi; ſcilicet Dei, qui æqualiter eſt intelligibilis, amabilis, & recolibilis. In Angelo eſt minoritas; nam ex nihilo eſt creatus.* Potentiarũ æqualitas in objecto. nu. 12. Minoritas.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT III. DE TERTIO SVBIECTO, Quod eſt Cælum.

148

Cælum.

*CÆLVM habet bonitatem naturalem, magnitudinem, durationem &c. Et diffinitur ſic:* Cælum eſt prima ſubſtantia mobilis. *In eo non eſt contrarietas; nõ enim eſt ex principijs contrarijs compoſitum. In ipſo ſunt inſtinctus, & appetitus naturales; & per conſequens motus, ſine quo non poſſet habere naturalem inſtinctum, & appetitum. In eo eſt principium; efficiens enim eſt in inferioribus: & etiam conſtitutum eſt ex ſua forma, & materia ſpecificis, vt agat per ſuam ſpeciem. Suus motus eſt ei finis, & quies. Cælum eſt in ſuo loco, ſicut corpus in ſua ſuperficie. Adhuc eſt in tempore; ipſum namque nouum eſt. Et eſt etiam in tempore, ſicut efficiens in ſuo effectu. Et ſic de alijs ſuis accidentibus, ſuo modo.*

Nõ habet contrarietatem.

Movetur naturaliter.

Influit.

Quieſcit.

Novũ eſt.

## CAPVT IV. DE QVARTO SVBIECTO, quod eſt homo.

149

Homo eſt compoſitus ex anima, & corpore.

*HOMO eſt compoſitus ex anima & corpore; ratione cujus deducibilis eſt per principia, & regulas duobus modis; videlicet modo ſpirituali, & modo corporali. Et ſic diffinitur:* Homo eſt animal homificans.

*In homine ſunt omnia principia, & regulæ dupliciter, propter duplicitatem naturæ; ſcilicet ſpiritualis, & corporalis, ex quibus eſt conſtitutus. Et ideo eſt magis ge-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*generalis, quàm aliud ens creatum; ratione cujus rectè poteſt dici procul dubio, quòd homo eſt major pars Mundi.* Extenſivè eſt major pars mũdi, & centrũ. nu. 140.

## CAPVT V. DE QVINTO SVBIECTO, Quod eſt imaginativa.

150 *IN imaginativa ſunt principia, & regulæ ſpecificè ad imaginandum imaginabilia, ſicut in adamante ad attrahendum ferrum. Et diffinitur ſic:* Imaginativa eſt illa potentia, cui propriè competit imaginari. *Et ideo imaginativa deducta per principia, & regulas, quæ conveniunt imaginativæ, eſt intellectui quidem ratio, vt de ipſa habeat magnam notitiam, & etiam de his, quæ conveniunt ei.* Imaginativa.

*Imaginativa abſtrahit ſpecies à ſenſatis, cum ſenſibus particularibus; & hoc cum ſuis correlativis, per ſecundam ſpeciem regulæ C. ſignificatis. Et cum bonitate facit bonas ſpecies illas. Et cum magnitudine magnificat illas; ſicut quando imaginatur vnum magnum montem aureum. Cum minoritate autem minorificat eas; ſicut quando imaginatur vnum punctum indiviſibile.* Abſtrahit ſpecies.

*Imaginativa habet inſtinctum; ſicut bruta animalia habent induſtriam ad videndum; & ſicut capra ad evitandum lupum. Imaginativa habet appetitum ad imaginandum imaginabile, vt quieſcat in illo, imaginando illud.* Quieſcit in objecto.

151 *Senſus particulares vtentes ſenſibilibus impediunt imaginativæ ſuum actum, quòd non poteſt habere* Impeditur ſenſibus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Impeditur ſenſibus.*

*ipſum; ſicut videns cum oculis coloratum: & tunc temporis imaginativa non poteſt habere ſuum actum; videlicet imaginari non poteſt imaginativa imaginabile peregrinum, quouſque habens oculos claudit illos: & tunc imaginativa habet ſuum actum, ſivè poteſt habere illum. Videns enim magis attingit coloratum videndo, quàm imaginando; nam ſenſatum eſt magis circa ipſum ſenſum: Imaginativa autem mediante ſenſu, imaginabile attingit.*

*Adjuvatur*

*Vincitur á ſenſitiva.*

*Quod in inſtanti ſentitur, ſucceſſivè imaginat.*

*Imaginativa non eſt ita generalis potentia in ſenſatis, ſicut ſenſitiva; vt patet per tactivam, cum qua homo tenens lapidem in vno, & eodem tempore ſentit diverſa, & plura; videlicet lapidis ponderoſitatem, frigiditatem, aſperitatem, atque duritiem: Imaginativa autem nequaquam, niſi ſucceſſivè. Et ſic de alijs ſimilibus iſtis. Et hæc ſufficiant cauſâ brevitatis.*

## CAPVT VI. DE SEXTO SVBIECTO, Quod eſt ſenſitiva.

152

*Senſitiva.*

PRINCIPIA *& regulæ ſunt in ſenſitiva per modum ſpecificum; nam vnum poſſe habet per viſum, aliud per auditum &c. Et hoc maximè faciunt duæ proprietates; ſcilicet inſtinctus, & appetitus. Et diffinitur ſic:* Senſitiva eſt potentia, cui propriè competit ſentire.

*Cauſat ſéſata.*

*Eſt generalis, & particularis.*

*Senſitiva cauſat ſenſata cum ſuis principijs, & regulis ſpecificis. Ipſa eſt generalis per ſenſum communem; particularis autem per ſenſus particulares. Per ſenſum* com-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

communem habet correlativa communia: per particulares autem ſenſus habet correlativa particularia.

Vita radicalis ſenſitivæ vivit ex vita vegetabili, cum qua eſt connexa, & in ea plantata, ſicut vegetativa in elementativa: Senſitiva per omnes ſenſus ſentit objecta; ſicut per viſum ſentit coloratum, & per auditū vocem, mediante affactu ei nominante illam: abſque enim affatu auditus quidem non poteſt ſentire vocem. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd affatus ſit ſenſus.

Vivit ex vegetativa: & iſta ex elemētativa.

Affatus.

## CAPVT VII DE SEPTIMO SVBIECTO Quod eſt vegetativa.

153

IN vegetativa ſunt principia & regulæ ſpecificè, cum quibus plantæ agunt ſecundùm ſuas ſpecies, in quibus ſunt. Piper enim agit ſecundùm ſuam ſpeciem, & roſa ſecundùm ſuam, & lilium ſecundùm ſuam &c.

Vegetativa diſtinctas habet ſpecies.

Principia vegetativæ condenſiora ſunt, quàm ſenſitivæ principia: & ſenſitivæ principia, quàm imaginativæ principia. Et diffinitur ſic: Vegetativa eſt potentia, cui propriè competit vegetare. Ipſa quidem ſic vegetat elementata ſuo modo, ſicut ſenſitiva ſentit vegetata, ſivè elementata.

Principia condenſiora.

Vegetativa tranſmutat elementativam in ſuam ſpeciem, per modum generationis, & ex illa vivit, creſcit, & nutritur. Vegetativa quidem moritur, elementativa ſibi deficiente, ſicut lumen moritur in lampade, oleo deficiente.

Quomodò vivat, & moriatur.

CA-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT VIII. DE OCTAVO SVBIECTO, Quod eſt elementativa.

154

Elementa tiva multas habet ſpecies.

IN elementativa ſunt principia, & regulæ ſpecificè, cum quibus habet multas ſpecies, vt aurum, argentũ, & hujuſmodi. Et diffinitur ſic: Elementativa eſt potẽtia, cui propriè competit elementare. Ipſa habet correlativa communia, ſicut & ſenſitiva: & ſic de ſuis particularibus poteſt dici: videlicet de igne, aëre, aqua, & terra, quæ habent ſua correlativa, ſine quibus ipſa elementa eſſe non poſſunt; ſicut & correlativa abſque elementis non poſſunt eſſe, quæ ſunt vltima fundamenta elementativæ. Et elementativa per ipſa habet punctos, lineas, & figuras: longum, latum, profundum, & corpus plenum: qualitates, & complexiones, duritiem, aſperitatem, levitatem, ponderoſitatem &c.

Ejus fundamentũ ſunt elementa.

Habet punctos, lineas &c.

Elementa manent in mixto.

Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd elementa ſunt actualiter in elementatis, tamen remiſſo modo: nam aliter elementata non haberent, ex quo eſſent: nec eſſent de genere ſubſtantiæ, neque haberent formam, materiam, naturam, motum, inſtinctum, longum, latum, plenum, neque appetitum: quod eſt valdè impoſſibile, & abſurdum dicere.

## DE IX. SVBIECTO, QVOD EST Inſtrumentativa.

155

Inſtrumẽtativa naturalis, & moralis.

ISTVD ſubjectum eſt de inſtrumentalitate, & conſideratur duobus modis; ſcilicet naturaliter, ſicut ocu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

oculus, qui eſt inſtrumentum ad videndum; & moraliter, ſicut juſtitia ad judicandum, & martellus ad fabricandum. Inſtrumentum quidem naturale poteſt cognoſci deducendo ipſum per principia, & regulas hujus Artis ſuo ſpecifico modo. Similiter & inſtrumentum morale per eadem principia, & regulas ſuo modo ſpecifico: differunt enim inter ſe inſtrumenta naturalia, & moralia. Talem autem deductionem, ſivé diſcurſum dimittimus intellectui benè intuenti: & ſi intellectus Artiſtæ deficit in tali deductione, recurrat ad Artem magnam, in qua largiùs tractamus de moralibus. Sed quia de moralibus mentionem fecimus in Alphabeto; idcirco volumus diffinire inſtrumenta moralia, vt per diffinitiones, & principia, & regulas Artiſta habeat notitiam de moralibus. Ars magna.

156 Inſtrumentativa moralis eſt potentia, cum qua moralis agit moraliter. Iuſtitia eſt habitus, cum quo juſtus agit juſtè. Prudentia eſt habitus, cum quo prudens vtitur [facultatibus ſuis] prudenter. Fortitudo eſt habitus, cum quo fortis corde agit viriliter. Temperantia eſt habitus, cum quo temperatus vtitur (bonis ſuis) in agendo temperatè. Fides eſt habitus, cum quo aliquis credit id eſſe verum, quod non ſentit, nec intelligit. Spes eſt habitus, cum quo aliquis ſperat veniam à Domino dari & gloriam, & confidit ſe in ſuo bono & potenti amico. Charitas eſt habitus, cum quo habens propria bona, illa facit communia. Patientia eſt habitus, cum quo patiens vincit, & non vincitur. Pietas eſt habitus, cum quo pius condolet de languoribus proximi ſui.

Moralitas.

Virtutes ſũt habitus poſitivi. Cert. nu. 83. pag. 105.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Vitia ſunt habitus privativi.*

157 *Avaritia eſt habitus, cum quo dives eſt pauper, & mendicat. Gula eſt habitus, cum quo guloſus eſt incarceratus in poſterum, in infirmitate, & paupertate. Luxuria eſt habitus, cum quo homo vtitur ſuis potentijs indebitè, contra ordinem matrimonij. Superbia eſt habitus, cum quo homo ſuperbus conatur omnibus ſupereſſe, & eſt contra humilitatem. Acedia eſt habitus, cum quo acedioſus condolet de bonis alterius, & congaudet de malis illius. Invidia eſt habitus, cum quo invidioſus appetit injuſtè bona alterius. Ira eſt habitus, cũ quo iratus ligat ſuã deliberationẽ, & libertatem. Mendaciũ eſt habitus, cũ quo mẽdax fatur, ſivè teſtatur contra rei veritatẽ. Inconſtantia eſt habitus, cũ quo inconſtãs eſt multifariè variabilis. Dictũ eſt de novẽ ſubjectis, de quibus Artiſta poteſt habere notitiã diſcurrendo ipſa per principia, & regulas hujus Artis.*

## DE X. PARTE, QVÆ EST DE Applicatione.

### Cap. 1. diviſionem part. 10. continens.

### TEXTVS.

Applicatio triplici modo fit.

158 APPLICATIO *dividitur in tres partes. Prima eſt, quando applicatur implicitum ad explicitum. Secunda eſt, quando applicatur abſtractum ad concretum. Tertia eſt, quando applicatur quæſtio ad loca hujus Artis.*

Reductione impliciti ad explicitum.

*Et primò de prima parte ſic dicimus. Si termini quæſtionis ſunt impliciti, applicentur ad terminos hujus Artis explicitos. Sicut quando quæritur:* Vtrum Deus ſit? *Aut*

Vtrum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vtrum Angeli ſint? *Et ſic de alijs: applicentur ad bonitatem, magnitudinem &c. Videlicet.* Vtrum ſit bonum magnum &c. eſſe Deum; & eſſe Angelum.

159 *De ſecunda parte ſic dicendum eſt. Si termini quæſtionis ſunt abſtracti, applicentur ad ſuos terminos concretos: ſicut bonitas ad bonum, magnitudo ad magnum, color ad coloratum, & ſic de alijs: & videatur per quem modum ſe habent terminus abſtractus & terminus concretus, diſcurrendo per principia, & regulas.*

Abſtracti ad concretum.

160 *Tertia pars, quæ eſt de applicatione ad loca, dividitur in tredecim partes, quæ ſunt hæ; videlicet:* Prima figura, Secunda figura, Tertia figura, Quarta figura, Diffinitiones, Regulæ, Tabula, Evacuatio tertiæ figuræ, Multiplicatio quartæ figuræ, Mixtio principiorum & regularum, Novem ſubjecta, Centum formæ, & Quæſtiones. *Iſtis partibus prænominatis applicentur materiæ quæſtionum, ſecundùm quòd eis competit. Nam ſi materia quæſtionis competit primæ figuræ, ipſa applicetur ad primam figuram: & ſolutio quæſtionis hauriatur à textu ipſius figuræ; tali modo affirmando, aut negando, quòd textus remaneat illæſus. Et ſicut diximus de prima figura, ita poteſt dici de alijs partibus ſuo modo. Et hæc de applicatione ſufficiant, cauſâ brevitatis. Et, ſi intellectus Artiſtæ deficit in applicando terminos, recurrat ad Artem magnam: nam in ea de his largiùs pertractatur.*

Specialiũ ad loca cõmunia.

Practica applicationis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

161 *S C H O L I V M.*

APPLICATIO, quæ ab egregio Doctore in Arbore ſcientiæ, Arbore ſenſuali, cap. de applicatione, & practica centum formarum, eſt *ſuſtentatio intellectus*, ſic ab eodem definitur in Logica nova, diſt. 4. in fine: *Applicatio eſt forma veritatem indicans rei applicatæ.* Et rationem hujus aſſignans proſequitur: *Cum applicatio fiat reſpectu ſimilitudinis applicantis, & applicati.* Hinc ingenuè Doctor poſtquam in antecedentibus partibus requiſita omnia ad Artis abſolutionem docuit, antequàm in parte ſequenti quæſtiones reſolveret, & edocta practicaret, dedit in præſenti formam, modum præſcripſit inveniendi veritatem; & hoc per recurſum ad Artem totam, cum juvamine centum formarum, quas in hac parte ponit, & capite ſequenti dabimus.

Applicatio diffinitur.

Practica diſcurrendi. Cert. V. *Practica.*

162 Sed dices: quomodo ergo Doctor inter partes applicationis enumerat etiam quæſtiones? Reſpondetur id eſſe ad ſignificandum mutuum, & generale totius Artis juvamen: ſicut enim camera cameram adjuvat, ſic & pars partem corroborat, defendit, firmat. Deinde cum prima applicationis pars ſit per applicationem impliciti ad explicitum, ideo Doctor quæſtiones explicitas proponit, & aliquas reſolvit, vt ad modum earum diſcamus & implicita diſſolvere; ſicque proinde habeamus in textu firmum exemplar, ac dilucidum ſpeculum ad infor-

Iuvamen mutuum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

informandum intellectum noſtrum, non ſolùm ſpeculativè, ſed etiam practicè. Quamvis autem Magiſter in textu, brevitati ſtudens, ſuccintè nimis de applicatione ſit loquitus, tamen quidquid tibi circa illam occurrerit, offert in recurſu ad Artem magnã, vbi fuſiùs de applicatione agit. Nos igitur Magiſtrũ ſequentes, hìc pauca de applicatione, ſivè veritatis rei applicatæ indicatione notabimus.

Ars perficit intellectũ ſpeculativè, & practicè. Cert. V. *Ars*.

163 Notandum igitur primo, ex cap. 29. Introductorij ad Artem demoſtrativam, quòd reſolutio cujuſvis quæſiri debet diſcretè, ac artificioſè fieri per recurſum ad Artem totam; ideo Doctor ad omnes Artis partes applicationem diffudit. Nam verum, quod concluditur v. G. cum triangulo vno, debet etiam cum omnibus alijs ſubſiſtere. Neque enim ejus oppoſitum, quod concluditur cum triangulo vno, poteſt oſtendi cum alijs triangulis omnibus, niſi ſophiſtico modo: ſed potius veritas cum vno concluſa, cum omnibus alijs confirmatur.

Reſolutio n. 143.

Iuvamen mutuum.

Conditio aſſumpta ſervanda.

Hinc ſcias oportet, quòd non ex quacunq; differentia aliquorum ſequitur negatio vnius de altero ſimpliciter, ſed tantùm, vt differentia permittit. De Deitate namque negatur, quod de Paternitate conceditur: nam Pater Divinus Paternitate generat, Deitate non generat; hinc tamen non ſequitur, quód Deitas non ſit Paternitas. Differunt ergo Paternitas, & Deitas ſolùm ſecundúm quid, non ſimpliciter: & ideo ex eorũ differentia non ſequitur ſim-

Deus Pater paternitate generat, non deitate.

Lumen intellectus eſt differentia.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſimpliciter negatio vnius de altero, ſed tantùm ſecundùm quid; hoc eſt, quód Paternitas ſit vna ratio Patri, & Deitas ſit alia ratio: Paternitate enim Pater generat, Deitate autem non generat, vt expreſſè dicitur, cap. 29. citato. Sed hæc diffuſé ſatis explicamus in Lect. parte 3. cap. 18. de diffinitione differentiæ, vbi apertiſſimè oſtendimus diſtinctionem formalem è viſceribus Artis Lullianæ enaſci: & ſicut ab Scoto appellatur diſtinctio realis ſecundúm quid, ſic quoque à Magiſtro appellatur differentia ſecundúm quid.

Diſtinctio formalis.

164 Notandum ſecundo, ex cap. vlt. Introductorij, quòd ad veritatem rei firmiter indicandam, maximé innittendum eſt, vt ex ea colligatur aliquod generale principium, per quod meliús appareat, ac firmiús teneatur, ſitque medium deveniendi ad alias veritates. Vt enim monet Doctor in Arte demonſtrativa, diſtinctione tertia *de modo invenire*: ſicut Artifex materiam præparat, priuſquã domum ædificet, ita oportet inquiri vniverſalia principia, in quibus quæſita particularia inveniantur. Hinc ingenè Magiſter poſtquam hæc vniverſalia principia tradidit, docet jam in hac decima parte modos, quibus ad illa recurrere debeamus.

Principiũ generale eſt maximè neceſſarium. Cert. nu. 33. p. 32.

165 Notandum 3. ex eodem Magiſtro in Arte demonſtrativa, loco proximé citato, quòd dicta principia vniverſalia, in quibus quæſita particularia ſunt invenienda, debent eſſe neceſſaria, & à diſ-

Conditio diſputantium.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

diſputantibus admiſſa. Ideo in libro de diſputatione quinque ſapientum, cap. 1. monet Doctor, *quòd ſemper diſputantes ſupponant aliqua principia communia, in quibus conveniant, vt per concordem recurſum ad illa, concludi veritas valeat.*

166 Notandum 4. Cum Artiſta devenerit ad aliquam propoſitionem per ſe notam, ſeu principium vniverſale, & neceſſarium, non debet inde ad aliud tranſire [id enim in praxi faſtidioſum eſſet] ſed maximé curare, vt oſtendat in illo vniverſali includi particulare, quod concludere vult. Sit exemplum: Volumus oſtendere nullam creaturam poſſe eſſe æternam, ſicut paſſim docet Magiſter, & probat varijs rationibus. Ad hoc ſupponimus creaturam dependere à Deo, & ab ipſo differre naturâ, & rationibus proprijs. Deinde ſupponimus res omnes per differentiam differre, & per concordantiam cõcordare; principiumque differendi non eſſe principium conveniendi eoſdem terminos, quos differre facit, neque è contra. Id enim, quo Petrus differt á Paulo, non eſt id, quo cum eo convenit.

Fundamẽtũ cõſtans non dimittendum.

Creatura non poteſt eſſe æterna.

167 Et his ſuppoſitis ſic formamus rationem & probamus nullam creaturam poſſe eſſe æternam. Creatura quælibet eſt totaliter à Deo per veram & realem dependentiam: ſed id, quod eſt ab alio, eo modo, quo eſt ab illo, & diſtinguitur ab ipſo, ordinatur poſt ipſum: ergo creatura quælibet eſt totaliter poſterior Deo; ac proinde etiam duratione;

Ratio efficax.

ſic

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſicque nulla poteſt eſſe æterna: quòd enim duratione ſequitur æternũ, æternũ non eſt. Probatur minor: nam inter Patrem Divinum, & Filium eo modo eſt ordo, quo eſt diſtinctio, ſcilicet origine ſolúm, ſeu productione: Deinde inter cauſam, & effectum, eó quia diſtinguuntur naturâ, ordo productionis, ſeu originis jam etiã deſcendit ad ordinem naturæ, eſtque inter cauſam, & effectum non ſolùm ordo originis, ſeu productionis, ſed etiam eſt ordo naturæ: atqui Deus, & creatura neceſſariò quoque differunt duratione: ergo neceſſariò duratione ordinantur; eſtque proinde creatura neceſſariò poſterior Deo duratione. Nam, quia creatura eſt à Deo, originatur, ſeu producitur ab illo: & quia creatura habet naturam diſtinctam á Deo, originatur quoq; ſeu producitur cum ordine naturæ: ergo quia creatura habet neceſſarió durationem diſtinctam à Deo, originatur quoque cum ordine durationis: ſed creatura quælibet eſt neceſſarió diſtincta à Deo duratione, ſicut diſtincta eſt in natura, & eſſentia: ergo eſt neceſſariò poſterior Deo duratione, ſicut eſt eodẽ neceſſarió poſterior naturâ, & eſſentiâ.

168 Dices: quòd creatura eſt ſolúm neceſſariò poſterior Deo in origine durationis, non verò duratione ipſa; eſtò enim duratio creaturæ ſit à Deo dependens, eſt tamen ſimul durans cum Deo, ſi creatura eſt æterna: cauſa enim in eodem inſtanti, in quo eſt, poteſt operari: quòd ſi defacto ſic operatur,

effec-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

effectus eâ erit poſterior naturâ, non duratione. Id patet in ſole comparatione lucis: in eodem enim inſtanti, in quo eſt ſol, eſt illuminatio ab eo proveniens. Formæ quoque Cælorum, & elementorum eductæ fuerunt; ſicque dependenter á materia, & tamen in eodem inſtanti cum materia productæ à Deo.

168 Reſpondemus confirmando ſententiam noſtram per diffinitionem ordinis in communi: Eſt enim ordo, *diſpoſitio rerum, ſecundùm prius, & poſterius:* Ergo ordo originis eſt diſpoſitio, ſecundùm prius, & poſterius origine: ordo veró naturæ eſt diſpoſitio ſecundúm prius, & poſterius naturâ: ergo ordo durationis eſt diſpoſitio ſecundùm prius, & poſterius duratione. Hi ſiquidem tres ordines conveniunt in ratione ordinis, eſtque ordo in communi principium convenientiæ dictorum ordinum, in quibus ſunt ſpeciales rationes contrahentes rationẽ illam communem; ac proinde ſpecificantes, multiplicantes, diverſificantes, vt diximus in ſcholio primæ figuræ, num. 8. atqui ex ſuppoſitione n. 166. *principium differendi aliqua, non eſt principium conveniendi illa:* ergo ratio ſpecificans ordinem, ſeu determinans illum ad ordinem originis, eſt quoque diſtinguens ordinem originis ab ordine naturæ, & durationis. Ac proinde ſicut diverſitas naturæ contrahit originem ad ordinem naturæ, ſic quoque diverſitas durationis contrahit originem ad ordinem

Diffinitio ordinis.

Principiũ diſtinguẽdi non eſt principiũ conveniẽdi.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

durationis; & per conſequens inter diverſas durationes, quarum vna eſt ab alia, eſt verè ordo durationis, nec ſufficit ordo originis, neque naturæ.

Ordo cõtractionis.

169 Vnde, ſicut ſubſtantia, verbi gratia, contrahitur per corporeitatem ad corpus, & per vitam ad vivens, & ſic deſcendendo vſque ad individua determinatæ ſpeciei; ſic quoque ordo contrahitur per originem ad ordinem originis, per naturam ad ordinem naturæ, & per durationem ad ordinem durationis: & ſicut vbi vniuntur corporeitas, vita, ſenſitivitas, rationalitas, humanitas; priús ſubſtantia cõtrahitur per corporeitatem ad corpus, & corpus per vitã ad vivens, & vivens per ſenſitivitatẽ ad animal, & animal per rationalitatem humanam ad hominẽ; ſic quoque vbi origo, natura, & duratio vniuntur; priùs ordo contrahitur per originem ad ordinem originis, deinde ordo originis contrahitur per naturam ad ordinem naturæ, & rurſus ordo naturæ contrahitur per durationem ad ordinem durationis. Hinc, ſicut fatuũ eſſet dicere in ordine dato ſubſtãtantiæ, ſubſtãtiã animalẽ, per rationalitatẽ nõ habere ſpecialem contractionem in homine diſtinctam ab antecedentibus; ſic quoque inane eſt dicere, ordinem naturæ, per durationem non habere ſpecialem contractionem in durantibus diſtinctam á cõtractione, per originem & naturam. Et hoc patet formando figuram, combinando ejus cameras in ſequenti.

Ordo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

| | | | |
|---|---|---|---|
| ORDO ORDO | ORDO ORIGO | ORDO NATVRA | ORDO DVRATIO |
| ORIGO ORIGO | ORIGO NATVRA | ORIGO DVRATIO | |
| NATVRA NATVRA | NATVRA DVRATIO | | |
| DVRATIO DVRATIO | | | |

170 Ad objectionem, num. 168. factam dicimus, implicare omninò cauſam in ſuo eſſe abſoluto non præcedere duratione effectum, in quem influit, eo modo, quo influit. Cauſæ etiam ad invicem ordinantur in cauſando: nam finis, vbi ab efficienti diſtinguitur, [*Deus enim eſt prima omnium cauſa, & finis vltimus*] præcedit cauſam efficientẽ, quam movet: cauſa efficiens præcedit materiam, in quam agit: materia præcedit formam, quam recipit de potentia ejus eductam: & omnes cauſæ præcedunt effectum ſuum, quem cauſant: nam quilibet effectus venit à ſua cauſa, dependet ab ea, & ipſam ſequitur duratione. Quod vltimum ſic efficaciter pro-

Cauſa eſt prior duratione ſuo effectu.

Deus eſt omnium principiũ, & finis. Cert. nu. 161. pag. 231.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

probatur: nam quilibet effectus eò precisé, quia venit á ſua cauſa, eſt poſterior illâ origine, ſivè eſt origo poſterior; & quia venit cum alteritate naturæ, eſt quoq; poſterior naturâ, ſivè eſt natura poſterior: ergo quia venit cum alteritate durationis, eſt etiam poſterior duratione, ſivé eſt duratio poſterior: aut diſcrimen aſſignetur.

171 Ad inſtantias ibidem adductas, dicimus ad primam cum Illumin. Doct. in Arte inventiva, diſt. tertia, regula octava, cap. 7. *de natura cœleſti* § 3. Et in Tabula generali, d. 5. part. 8. cap. de quæſt. principiorum ſecundúm diffinitiones hujus Artis, quæſt. 19. & in libro variarum quæſtionum, q. 104. *Quomodo ſol eſt ſenſibilis?* Et quæſt. 154. *Quomodo hoc lumen candelæ generat lumen alterius?* Et paſſim alibi, illuminationem fieri ſucceſſivé: lux enim, quæ eſt in ſubjecto ſolis extenſa, vſque ad extremitates exteriores ſolis infundit ſimilitudinem ſuam illi parti, quæ immediaté continuatur cum extremitate ſolis. Et iterùm illa pars, per rectã lineam, ſimilitudinẽ illius lucis ſuæ, quam recipit, infundit parti conſequenti, quæ immediaté continuatur ei; & ſic per conſequẽs ſucceſſivè, vſque ad ſuperficiem centri: *quamvis autem hæc ſucceſſio* (inquit Doctor, quæſt. 154.) *non ſit ſenſibilis, eſt tamen imaginabilis.* [ ſupple, & neceſſariò intelligibilis. ] Ratio autem quare non eſt ſenſibilis talis ſucceſſio, eſt quia, vt lumen perveniat ad ſenſum, debet priús diffundi per totum medium

Illuminatio fit ſucceſſivè.

No ſentitur; ſed imaginatur, & in- intelligitur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

medium, inter corpus luminoſum poſitum, & viſum; ac proinde viſus non habet locum attingendi ſucceſſionem talis diffuſionis: imaginatio autem, quæ eſt potentia ſuperior, imaginatur deſcenſum luminis de parte in partem, ſicque etiam intellectus intelligit: & tunc affatus profert verba ſua dicens: *quòd illuminatio ſit per motum, ſeu tranſitum luminis de corpore in corpus*; ac proinde ſucceſſivè: *motus enim*, ex Doctore noſtro, in Tabula generali, diſt. 5. par. 8. cap. de quæſt. regularum, quæſt. 17. *incipit in tempore futuro ſub ratione mobilitatis*, *&* *in tempore præſenti ſub ratione motivitatis*; *&* *ideo movere vivit de tempore futuro, in tempore præſenti*, *&* *moritur in tempore præterito*. Conſonat Scotus, 2. diſt. 2. quæſt. 2. num. 6. dicens, quód præſens *nunc* eſt terminus præteriti, & principium futuri. Ex quibus ſatis patet illuminationem non poſſe provenire à ſole in eodem indiviſibili inſtanti, in quo primùm eſt ſol; ſed in ſequenti diffundit lumen in partes continuas cum extremitatibus ejus, & ſucceſſivè ad alias, uſque ad centrum terræ.

Motus initium, vita & terminus.

172 Neque obſtat, quod dicit idem Doctor in Scala intellectus, diſt. 6. cap. de entitate hominis, num. 1. *Viſum*, ſcilicet, *videre ſolem*, *quando oritur*, *aërem illuminare in inſtanti de oriente in occidentem*. Nec obſtat, quòd in libro variarum quæſtionum, quæſt. 103. *Vtrum elementorum aliud ſit in alio?* dicat: *ſolis radius*, *in quo eſt ſplendor ſucceſſivè ratione partium*,



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*ſed in inſtanti, quantùm ad tempus, exiſtit in quolibet puncto lineæ aëris illuminans quamlibet partem aëris*. Nō inquam obſtant prædicta: quia hæc ſolùm probant talem illuminationem fieri in inſtanti ſenſibili, non verò abſolutè in inſtanti: imaginatio enim, & intellectus veré attingunt ſucceſſionem talis illuminationis, ſicut dicebamus, ex eodem Doctore, num. antecedenti.

Duplex inſtans.

Et dato quód illuminatio abſolutè fiat in inſtāti, non ſequitur quòd fiat in eodem primo inſtanti, in quo eſt ſol, ſed in alio ſequenti; vt enim monet idem Doctor, lib. citato, quæſt. 131. *Quomodo accidentia egrediantur de virtute ſubſtantiæ*? Priús accidentia tàm intenſa, quàm extenſa ſunt in habitu, quàm actu in ſubſtantia. Et hoc prioritate temporis. Nam ex eodem Doctore, lib. citato, quæſt. 30. *Vtrū Deus potuiſſet creare mundum æternum*? Priùs tempore eſt neceſſariò potentia, & habitus in naturalibus, quàm ſit actus procedens de ipſa potentia, ratione materiæ, & de habitu ratione formæ: Si ergo illuminatio eſt in virtute ſolis, & de ea exit in actum, priùs futura eſt á ſole, quàm ſit actu à ſole; ac proinde datur inſtans, in quo ſol eſt, & illuminatio nō eſt, quia de ſole futura eſt. Confirmatur: quia lux ipſa priùs eſt habitu in ſole, quàm ſit actu; ſicut caliditas priús eſt habitu in igne, quám ſit actu, ex quæſtione 131. citata: ergo in illo priori ſol eſt actu; lux autem non eſt actu, ſed habitu: & proinde futura in inſtanti ſequenti.

Accidētia priùs ſunt in habitu, quám in actu.

Potentia eſt ratione materiæ: habitus ratione formæ.

Ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

173 Ad ſecundam inſtantiam dicimus, ex cõmuni ſententia, formas Cælorum, & elementorum non fuiſſe eductas, ſeu cum juvamine materiæ productas, ſed immediatè à Deo concreatas cum ipſa materia. Ita communiter Doctores, & conſentit quoque Scotus, 2. d. 1. q. 4. & 5. Ex quo eodem Sub. Doct. oppoſitum probabile eſſe monuimus in phyſica, diſp. 1. q. 3. art. 2. Sed nunc omninó negandum judicamus (ob rationes datas) cauſam aliquam in primo inſtanti ſui eſſe effectum producere: effectus enim ſequitur realiter cauſam, & priús eſt virtute, potentiâ, & habitu in cauſa, quàm ſit actu in ſe, ex dictis cum Doctore, num. antecedenti. Diximus, ex communi ſententia, nam in rei veritate formæ Cælorum, & elementorum eductæ fuerunt de materia ſecundó prima, ſeu caho, ex forma prima, & materia primò prima conſtituto. Sed de his alibi. Nunc ad centum formas deveniamus.

Formæ cælorum, & elemẽtorum cõcreatę ſũt cum materia.

Oppoſitũ an probabile?

Reſolutionem vide in reſolut. 61. ſent. Et in Cert. num. 174. pag. 260.

## CAPVT II. DE CENTVM Formis.

174 *IN iſta parte ponuntur centum formæ, cum eorum diffinitionibus, vt ſubjectum extendatur ad intellectũ. Nam per formarum diffinitiones, intellectus quidem erit conditionatus ad diſcurrendum illas per principia, & regulas: & per talem diſcurſum, intellectus habebit notitiã de formis poſitis in quæſtionibus. Ideo centum formæ, cum ſuis diffinitionibus ſunt hæ.*

Centum formæ ſũt ſpecificationes ſubjectorum quoad ſe, & quoad nos.

En-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1 Entitas *eſt cauſa, ratione cujus aliquod ens cauſat aliud ens.* 2. Eſſentia *eſt forma, ab eße abſtracta, & in eo ſuſtentata.* 3. Vnitas *eſt forma, cui propriè competit vnire.* 4. Pluralitas *eſt forma aggregata ex pluribus differentibus numero.* 5. Natura *eſt forma, cui propriè cõpetit naturare.* 6. Genus *eſt ens conſideratum, & valde confuſũ, quod de pluribus differentibus ſpecie prædicatur.* 7. Species *eſt ens, quod de pluribus numero differentibus prædicatur.* 8. Individuitas *eſt ens, quod magis diſtat à genere, quàm aliud ens.* 9. Proprietas *eſt forma, cum qua agens ſpecificè agit.* 10. Simplicitas *eſt forma, quæ magis diſtat à compoſitione, quàm aliud ens.* 11. Compoſitio *eſt forma aggregata ex pluribus eßentijs.* 12. Forma *eſt eſſentia, cum qua agens agit in materia.* 13. Materia *eſt eſſentia ſimpliciter paſſiva.* 14. Subſtantia *eſt ens per ſe exiſtens.* 15. Accidens *eſt forma non per ſe exiſtens: nec ad ſuum finem principaliter ſe habet.* 16. Quantitas *eſt ens, ratione cujus ſubjectum eſt quantum; & cum ea ipſum agit quantum.* 17. Qualitas *eſt ens, ratione cujus principia ſunt qualia.* 18. Relatio *eſt forma reſpectiva ad multa diverſa, ſinè quibus non poteſt eße.* 19. Actio *eſt forma inhærens paſſo.* Diffinitur actio pro opere, ſeu fine activi; vt ſumitur ab Ariſtotele, apud Scot. 4. *diſt.* 13. *q.* 1. *n.* 14. 20. Paſſio *eſt ens ſubſiſtens actioni, & illam ſuſtinens.* 21. Habitus *eſt forma, qua ſubjectum induitur.* 22. Situs *eſt poſitio partium rectè, & debitè ordinatarum in ſubjecto, in quo ſunt.* 23. Tempus *eſt ens, in quo entia creata ſunt*

Actio.

Tempus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*ſunt incepta & mota. Vel* Tempus *eſt ens, ex multis nunc conſtitutũ, ſecundũ ante, & poſt.* Prima diffinitio eſt tẽporis naſcẽtis. 2. eſt tẽporis ſubſequuti. Vide diſtinctionem in Fabro, contra Atheos, diſp. 3. cap. 4. nu, 83. cum antecedentibus, & ſequentibus. 24. Locus *eſt accidens, per quod entia ſunt locata. Vel* Locus *eſt ſuperficies ambiens, & continens immediatè partes intraneas corporis.* Prima diffinitio eſt *loci* formaliter. 2. eſt loci materialiter. 25. Motus *eſt inſtrumentum, cũ quo movens movet motum. Vel* Motus *eſt id, quod ſapit naturam principij, medij, & finis.* Motus enim eſt actus & activi, & paſſivi, ex Ariſt. apud Scotũ 4. d. 13. q. 1. num. 13. 26. Immobilitas *eſt ens nullum appetitum habens ad movendum.* 27. Inſtinctus *eſt figura, & ſimilitudo intellectus. Vel* Inſtinctus *eſt regulatio naturaliter innata à principijs inhærentibus, ad naturalem operationem.* 28. Appetitus *eſt figura, & ſimilitudo voluntatis. Vel* Appetitus *eſt habitus, cum quo agens appetit finem, ſivè quietem.* 29. Attractio *eſt forma, cum qua attrahens attrahit attractum. Vel* Attractio *eſt quædam forma habens inſtinctũ, & appetitum attrahendi aliquid ad ſubjectum,* 30. Receptio *eſt forma, cum qua recipiens recipit receptum. Vel* Receptio *eſt quædam forma habens inſtinctum, & appetitum recipiendi aliquid in ſubjecto.* 31. Phantaſma *eſt ſimilitudo abſtracta á rebus per imaginationem.* 32. Plenitudo *eſt forma à vacuitate remota.* 33. Diffuſio *eſt forma, cũ qua diffundens diffundit diffundibile.* 34. Digeſtio *eſt forma, cũ qua*

Tempus.

Locus.

Motus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*digerens digerit digeſtibile.* 35. Expulſio *eſt forma, cum qua natura expellit ea, quæ non competunt ſubjecto.* 36. Significatio *eſt revelatio ſecretorum, cum ſigno demonſtratorum.* 37. Pulchritudo *eſt quædam forma ſpecioſa recepta à viſu, vel ab auditu, vel imaginatione, vel conceptu, vel delectatione.* 38. Novitas *eſt forma, ratione cujus ſubjectum habituatur novis habitibus.* 39. Idea * *in Deo eſt Deus: in novitate autem eſt creatura.* 40. Metaphyſica *eſt forma, cum qua intellectus humanus denudat ſubjectum ab accidentibus.* 41. Ens in potentia exiſtens *eſt forma in ſubjecto exiſtens, abſque motu, quantitate, qualitate, & hujuſmodi.* 42. Punctuitas *eſt eſſentia puncti naturalis, exiſtentis minoris partis corporis.* 43. Linea *eſt longitudo conſtituta ex pluribus punctis continuis, cujus extremitates ſunt duo puncta.* 44. Triangulus *eſt figura habens tres angulos, tribus lineis contentos.* 45. Quadrangulus *eſt figura habens quatuor angulos rectos.* 46. Circulus *eſt figura, linea circulari contenta.* 47. Corpus *eſt ſubſtantia punctis, lineis, & angulis plena.* 48. Figura *eſt accidens conſtitutum ex ſitu, & habitu.* 49. Generales rectitudines *ſunt ſex, quibus corpus eſt centrum, per lineas diametrales.* 50. Monſtruoſitas *eſt deviatio motus naturæ.* 51. Derivatio *eſt ſubjectum generale, per quod particulare deſcendit ab univerſali.* 52. Vmbra *eſt habitus privationis lucis.* 53. Speculum *eſt corpus diaphanum diſpoſitum ad recipiendum omnes figuras ei præſentatas.* 54. Color * *eſt habitus per figurã contentus.* 55. Proportio

*eſt*

*Sic legit in Arte magna, & conſonat formæ 57.

Linea cõponitur ex punctis.

* Vide Arrt. mag. pag. 358.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*eſt forma, cui propriè competit proportionare.* 56. Diſpoſitio *eſt forma, cui propriè competit diſponere.* 57. Creatio *in æternitate eſt idea: in tempore autem eſt creatura.* 58. Prædeſtinatio *in ſapientia Dei eſt idea: in creatione autem eſt creatura.* 59. Miſericordia *in æternitate eſt idea: in prædeſtinato autem eſt creatura.* 60. Neceſſitas *eſt forma, quæ aliter ſe habere non poteſt: & neceſſitatum eſt ens continens illam.* 61. Fortuna *eſt accidens inhærens ſubjecto: & fortunatus eſt homo diſpoſitus ad illam.* 62. Ordinatio *eſt forma, cui proprium eſt ordinare: Ordinatum autem eſt ſuum proprium ſubjectum.* 63. Conſilium *eſt dubitabilis propoſitio: Et conſultus eſt ſua quies.* 64. Gratia *eſt forma primitiva in gratiato poſita, ſine gratiati merito.* 65. Perfectio *eſt forma, cui propriè competit perficere in ſubjecto perfecto.* 66. Declaratio *eſt forma, in qua intellectus quieſcit diſtinguendo: declaratum autem eſt ſuum ſubjectum, in quo declaratio eſt habitus.* 67. Tranſſubſtantiatio *eſt actus naturæ in tranſſubſtantiato denudato formâ antiquâ, & induto novâ.* Hic ſumitur laté tranſſubſtantiatio, pro mutatione, & naturali converſione ſubſtantiali: Sed jam ex Conc. Trid. ſeſ. 13. cap. 4. & can. 2. aptiſſimè, convenienter, & propriè vſurpatur pro admirabili converſione totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanginis ejus. 68. Alteratio *eſt forma nata in alterato.* Hoc eſt, ab extrinſeco proveniens: nam quæ congenita eſt, & ab intrinſeco,

Neceſſitas

Gratia.

Tráſſubſtantiatio.

Natũ, & innatum.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicitur innata. 69. Infinitas *eſt forma habens actum infinitum, ab omni finito remota.* 70. Deceptio *eſt habitus poſitivus decipientis, & eſt habitus privativus decepti.* 71. Honor *eſt habitus activus in honorante; paſſivus autem in honorato.* 72. Capacitas *eſt forma, cũ qua capax tantũ poteſt continere, & recipere, quantũ poteſt ei evenire.* 73. Exiſtẽtia *eſt forma, cũ qua exiſtẽs exiſtit id, quod eſt:* Agẽtia *autẽ eſt forma movẽs exiſtentẽ ad terminũ ad quẽ.* 74. Cõprehenſio *eſt ſimilitudo infinitatis:* & Apprehenſio *finitatis.* 75. Inventio *eſt forma, cum qua intellectus invenit inventum.* 76. Similitudo *eſt forma, cũ qua aſſimilans aſſimilat ſibi ſuum aſſimilatum.* 77. Antecedens *eſt forma cauſans conſequẽs:* Conſequens *autẽ eſt ſubjectum, in quo antecedens quieſcit.* 78. Potentia *eſt forma, cum qua intellectus attingit objectum:* Objectum *autem eſt ſubjectum, in quo intellectus quieſcit:* Actus *verò eſt connexio potentiæ, & object.* 79. Generatio *in creaturis eſt forma, cum qua agen cauſat formas novas.* Corruptio *eſt forma, cum qu corrumpens privat formas antiquas:* Privatio *autem exiſtit in medio ipſarum.* 80. Theologia *eſt ſcientia quæ loquitur de Deo.* 81. Philoſophia *eſt ſubjectum, er quod intellectus ſe contrahit ad omnes ſcientias.* 8. Geometria *eſt ars inventa ad menſurandum lineas angulos, & figuras.* 83. Aſtronomia *eſt ars, cum qu Aſtronomus agnoſcit virtutes, & motus, quos Cælum abet in inferioribus effectivè.* 84. Arithmetica *eſt rs inventa ad numerandum multas unitates.* 85. Muſic *ſt ars invẽta ad ordinandũ*

Præmiſſæ cauſant concluſionem. Cert. num. 74. pag. 92.

Objectum

Formæ privantur actu, cum corrumpuntur.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*multas voces concordantes in vno cantu.* 86. Rethorica *eſt ars inventa, cum qua Rethoricus ornat, & colorat ſua verba.* 87. Logica *eſt ars, cum qua Logicus invenit naturalem conjunctionem inter ſubjectum, & prædicatum.* 88. Grammatica *eſt ars inveniendi modum rectè loquendi, rectèque ſcribendi.* 89. Moralitas *eſt habitus ad agendum bonum, ſivè malum.* 90. Politica *eſt ars, cum qua Burgenſes procurant publicam vtilitatem civitatis.* 91. Ius *eſt actus regulatus in homine de juſtitia habituato.* 92. Medicina *eſt habitus, cum quo medicus procurat ſanitatem patientis.* 93. Regimen *eſt forma, cum qua Princeps regit populum ſuum.* 94. Militia *eſt habitus, cum quo miles juvat Principem, vt juſtitiam poſſit tenere.* 95. Mercatura *eſt habitus, cum quo mercator ſcit emere, & vendere.* 96. Navigatio *eſt ars, cum qua nautæ per mare ſciunt navigare.* 97. Conſcientia *eſt forma, cum qua intellectus affligit animam de commiſſis.* 98. Prædicatio *eſt forma, cum qua Prædicator informat populum ad habendũ bonos mores, evitando malos.* 99. Oratio *eſt forma, cum qua orans loquitur Deo ſanctificé.* 100. Memoria *eſt ens, cum quo entia ſunt recolibilia.*

175 *SCHOLIUM.*

VARIAS, varijs in libris ponit Magiſter formas: &quidem neceſſariò; quamvis enim aliquæ ſint omnibus generales; aliæ veró ſunt ſpeciales, vt rectè notavit Valerius de Valerijs in ſuo opere — Formæ variæ, in varijs materijs neceſſaria.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

aureo: ſunt ergo formæ, loco proprietatum aſſignatæ, quibus meliús in rerum cognitionem devenimus. Quare ſicut rebus diſtinctis, diſtinctæ ſunt proprietates, ſic & diſtinctæ aſſignandæ ſunt formæ; ac proinde in varijs materijs, variæ ponendæ, declarãdæ, exponendæ. Et quia eas omnes in numerum revocare, oneroſum eſſet nimis, & non paucis confuſionem pareret; ideo ſcitè monet Doctor, *in quæſtionibus particularibus ſemper præſupponendum eſſe, ſeu præſciendum quid dicitur per nomen.* Omnia autem nomina ſunt formæ, ſeu termini ſcibiles.

Nomina omnia ſũt formæ, de quibus ſupponendum eſt quid nominis.

176 Diffinitiones formarum, à Doctore traditæ, poſſunt ſimili modo exponi, quo ſuprá, p. 3. de diffinitionibus, ex eodem Doctore diffinitiones principiorum expoſitæ ſunt. Quód ſi aliquæ jam, ex acceptione communi, in ſtrictiori ſignificatione ſumantur, quàm à Doctore ſunt declaratæ, ſtandum eſt vſui; & ſervata ſemper acceptione termini, ſecundúm eam judicare. Hæc igitur ſit tibi generalis regula, vt breviter, & facilè in quæſtionibus exponendis te expedias. Propones ſemper intelligentiam terminorum quæſtionis, ſeu ſignificationem verborum: quòd ſi ab adverſario non admittatur ſenſus tuus, ſumes ab illo ſenſum ſuum, & juxta illum de quæſtione judicabis, & reſolutionem dabis: ſic enim ab æquivocationibus te expedies, & rixas multas ſedabis. Quæ verò tibi occurrent difficultates circa formas, in Arte magna intelliges facilè, par-

Diffinitiones formarum exponi poſſunt.

Labium commune ſervandũ. Cert. V. *Labium*

Conſẽſus diſputantium.

Æquivocatio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

parte 10. Numerum quoque centenarium, vt à nobis notatos habes numeros, dignoſces; Doctor enim, ob terminorum concernentiam, diſtinctos terminos in vna numerat forma.

## DE XI. PARTE, QVÆ EST DE Quæſtionibus.

### Caput 1. diviſionem 11. Partis continens.

177 **TEXTVS.**

*HÆC vndecima pars dividitur in duodecim partes, ſeu loca diſpoſita, & proportionata ad quæſtiones, ſecundùm materiæ diverſitatem, ex qua ſunt: nam in vno loco, ſivè parte eſt ſignificata ſolutio vnius quæſtionis, & in alio loco ſolutio alterius quæſtionis. Propter quod diverſimodè applicabimus quæſtiones ad prædicta loca. Et hoc duobus modis: videlicet faciemus aliquas quæſtiones, quas ſolvemus; & alias quas non ſolvemus; ſed dimittemus Artiſtæ benè intuenti, vt ipſe benè abſtrahat ſolutionem ab illa parte, ſivè loco, cui quæſtiones tranſmittemus; nam in illa parte, ſivè loco ſolutio eſt ſignificata.*

Modus diſcendi exemplis oſtenditur.

178 *Hìc verò paucas quæſtiones faciemus, & ſolvemus, cauſâ brevitatis: nam hæc Ars abſtracta eſt ab Arte magna, vt ipſa breviùs tractetur; & vt intellectus ſub paucis, apprehendat multa, ſicque ſit magis vniverſalis: & per ſolutiones quæſtionum hìc poſitas, ſeu*

*datas*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*datas, poterit dari ſolutio aliarum quæſtionum ſuo modo.*

Loca com munia. nũ. 160.

*Loca, ſivè partes, ad quas tranſmittimus quæſtiones, ſunt* 12. *vt jam ſuprà, initio capitis dictum eſt; videlicet, prima figura, ſecunda figura, tertia figura, quarta figura, diffinitiones, regulæ, tabula, evacuatio tertiæ figuræ, multiplicatio quartæ figuræ, mixtio principiorum & regularum, novem ſubjecta, centum formæ. Et primò de prima parte, ſivè loco dicemus.*

179 *SCHOLIVM.*

Compendium.

OSTIVM magnum nobis oſtenſum eſt, ſed brevitatis ſtylo compreſſum: hæc enim Ars, vt Præceptor egregius monet, breviter tractat res, ac veluti ſub compendio proponit. Nos igitur Magiſtrum imitati, ejuſque monitis obedientes, quæſtiones inſolutas breviter diſſolvemus. Ne autem textus. & ſolutiones à Doctore traditæ, cum adducendis à nobis confundantur; ideo textum proponemus, & quæſtionibus numeros aſſignabimus, vt facilè, & diſtinctè in Scholijs ſolutiones deſideratas dare poſſimus. Si autem aliquod occurrit dubiolum, circa quæſtiones á Magiſtro ſolutas, ſuo etiam ordine reſolvemus.

Ordo ſervandus.

## CAPVT II. DE QVÆSTIONIBVS Primæ figuræ.

180 TEXTVS.

*QVÆRITVR* 1. *Vtrum ſit aliquod ens, in quo ſubjectũ, & prædicatum convertantur in idẽtitate*

*eſſen-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*eſſentiæ, naturæ, & numeri per totam primam figuram? Et reſpondendum eſt, quòd ſic: nàm aliàs converſio ſubjecti, & prædicati, & æqualitas eſſent deſtructæ abſolutè; & æternitas eſſet ſuperiùs per infinitatem durationis; & ſua bonitas, magnitudo, poteſtas &c. eſſent inferiùs per finitatem; quod eſt impoſſibile.*

Converſio ſubjecti, & prædicati, neceſſaria in Deo.

*Quæritur 2. Quid eſt illud ens, in quo ſubjectum, & prædicatum convertuntur? Et reſpondendum eſt, quòd Deus eſt illud ens; talis enim converſio non poteſt eſſe niſi in ſubjecto infinito, & æterno.*

Non reperitur in alio.

*Quæritur 3. Vtrum bonitas Divina habeat in ſe magnam bonificationem, ſicut Divinus intellectus intellectionem?*

*Quæritur 4. Quare Deus habet in ſe ita magnam agentiam, ſicut exiſtentiam?*

*Quæritur 5. Deus de quo poteſt tantum, quantum ipſe eſt?*

*Quæritur 6. Quare homo, & animal non convertuntur? Et ad hoc reſpondendum eſt, ex eo, quia converſio non poteſt fieri inter majus, & minus, ſed inter æqualia.*

Et quare.

*Quæritur 7. Vtrum in Angelo ſua poteſtas, intellectus, & voluntas convertantur? Et dicendum eſt, quòd non; alioquin ipſe poſſet habere ita infinitum actum, & æternum, ſicut Deus.*

181 *SCHOLIVM.*

AD 3. quæſtionẽ reſpondemus affirmativé. Sicut enim omnes Dei dignitates ſunt æquales,

Dignitates Dei æquales.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Actus in Deo ſunt æquales.

ſic quoque æquales habent actiones, & actus; ex parte 9. cap. 1. de Deo.

Ad 4. quæſtionem reſpondemus, ex intrinſeca Dei perfectione venire quòd ſit ita magnus agendo, ſicut exiſtendo: Deus enim ocioſitatem non patitur, nec vacuitatem, neque privationem. Quod totum ſequeretur in Deo, ſi Deus non haberet actus intrinſecos; ac proinde ita magnos, ſicut ipſe in exiſtendo magnus eſt; ex Arte magna, parte 9. ſect. 1. cap. 2. de actibus intrinſecis divinarum rationum.

Deus.

Theologia eſt rationalis. Cer. part. 4. n. 357. &c.

Ad 5. quæſtionem reſpondemus, Deum habere de ſeipſo totum poſſe; ſicque de ſeipſo poteſt tantum, quantum ipſe eſt. Et hoc patet ex data diffinitione Dei, parte 9. cap. 1. n. 145.

## CAPVT III. DE QVÆSTIONIBVS Secundæ figuræ.

182 TEXTVS.

Triangulus viridis.

*QVÆSTIONES ſecundæ figuræ tribus modis poſſunt fieri: ſicut homo, & leo, qui per differentiam differunt ſpecie, & per concordantiam conveniunt genere, & per contrarietatem contrariantur; videlicet per corruptibile, & incorruptibile: & ſic de alijs ſuo modo.*

Differentia.

*Quæritur 1. Vtrum differentia ſit magis generalis, quàm concordantia, & quàm contrarietas? Ad quod dicendum eſt, quòd ſic; eò quia vbicunque eſt contrarietas, & concordantia, eſt differentia; ſed non è converſo*

*in*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*in omnibus: in multis enim reperitur differentia, & concordantia; in illis tamen non eſt contrarietas naturaliter, ſicut in entibus ſpiritualibus.*

*Quæritur 2. Quod eſt majus principium, concordantia, aut contrarietas? Dicendum eſt, quòd concordantia: à concordantia enim deſcendunt principia poſitiva; à contrarietate autem, privativa.* Vide Tabulam generalem, diſt. 5. parte 2. num. 1. Concordantia.

*Quæritur 3. Vtrum iſta diffinitio, ſit magis oſtenſiva, dicendo, ſic:* homo eſt animal homificans; *vel* homo eſt ens, cui propriè competit homificare: *quàm iſta*, homo eſt animal rationale mortale? *Et dicendum eſt, quòd ſic. Ratio hujus eſt, quia homificare ſoli homini competit; rationabilitas autem, & mortalitas conveniunt multis.* Diffinitio potiſſima. Cert. nu. 187. pag. 282.

183 *Per triangulum principij, medij, & finis poſſunt fieri quæſtiones tribus modis. Primus modus eſt, quando quæritur 4. Quare eſt vna prima cauſa, & nõ plures? Cui reſpondendũ eſt, ex eo, vt vnus finis ſit infinitus.* Triangulus rubeus. Quæritur 4.

*Secundus modus eſt, quando quæritur 5. Vtrum medium exiſtens inter ſubjectum, & prædicatum habeat quantitatem continuam, aut diſcretam? Et eſt dicendum, quòd continuam habet reſpectu medij extremitatis; diſcretam autem reſpectu medij conjunctionis, & menſurationis.* Quæritur 5. Quantitas medij.

*Tertius modus eſt, quando quæritur 6. Qualis finis eſt vltimus in ſubjecto? Et eſt reſpondendum, quòd finis proprius; ſed non appropriatus.* Quæritur 6. Finis vltimus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

184 *Per triangulum majoritatis, æqualitatis, & minoritatis poſſunt fieri quæſtiones tribus modis. Per majoritatem, ſicut quando quæritur 7. Quare Deus eſt ſupra Angelum, & Angelus ſupra hominem? Et reſpondendum eſt, quòd Deus eſt ſupra Angelum, eò quia bonitas Divina, magnitudo &c. diſtant per infinitatem à quantitate, & per æternitatem à tempore: bonitas autem Angeli, & magnitudo &c. non; ſed ipſa in Angelo ſunt ſupra bonitatem, & magnitudinem hominis &c. eò quia in ſubjecto, in quo ſunt, diſtant à diviſione, & ſucceſſione; ſed bonitas magnitudo &c. corporis hominis non.*

Quæritur 7.

Quæritur 8.

*Secundus modus eſt, quando quæritur* 8. *In anima quare intellectus, voluntas, & memoria ſunt æquales per eſſentiã? Cui reſpondendũ eſt, quòd ex eo, quia prima cauſa per æqualitatem ſuæ bonitatis, magnitudinis &c. eſt intelligibilis, amabilis, & recolibilis æqualiter. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd demonſtratio poteſt fieri tribus modis; videlicet* propter quid, *aut* per quia, *aut etiam* per æquiparantiam.

Demonſtratio.

Quæritur 9.

*Tertius modus eſt, quando quæritur* 9. *Quare peccatum eſt magis circa nihil, quàm aliud ens? Et dicendum eſt, quòd propter hoc, quia magis repugnat fini eſſendi.*

*Quæritur* 10. *Vtrum differentia, quæ eſt inter ſenſuale, & ſenſuale ſit major, quàm illa, quæ eſt inter ſenſuale, & intellectuale; & quàm illa, quæ eſt inter intellectuale, & intellectuale?*

*Adhuc Quæritur* 11. *Vtrum differentia, quæ eſt*

*inter*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*inter principium, & medium ſit major, quàm illa, quæ eſt inter medium, & finem.*

*Et ſimiliter poteſt duodecimò quæri de differentia, quæ eſt inter ſubſtantiam, & ſubſtantiam &c. Et reſpondendum eſt per ea, quæ ſunt ſignificata in triangulis ſupradictis ſubjectivè, & objectivè, mediante regula B.* Quæritur 12.

185 *SCHOLIUM.*

AD 10. quæſtionem reſpondemus: Quò perfectiora ſunt extrema differentiæ, eò perfectiorem eſſe differentiam: & ita major eſt differentia inter intellectuale & intellectuale, quàm inter intellectuale & ſenſuale: major etiam inter intellectuale & ſenſuale, quàm inter ſenſuale & ſenſuale: nã intellectuale perfectius eſt, quàm ſenſuale. Differentia.

Quæ ſolutio ſignificata eſt in ſolutione ſecundæ quæſtionis; nam ſicut ex majoritate poſitivi deſcendentis à concordantia probatur majoritas concordantiæ, comparatione contrarietatis, à qua privativa deſcendunt, quæ minora exiſtunt; ſic quoque ex majoritate intellectualium probatur majoritas differentiæ inter illa, comparatione differentiæ inter ſenſuale & intellectuale; quia jam minoratur alterum extremorum: & à fortiori, comparatione differentiæ inter ſenſuale & ſenſuale, in qua vtrũque extremum minoratur. Concordantia.

Solutionem datã ponit Doctor in Lectura pectorali, parte quarta, Camera BCTB. Et aſſignans



(c) 2006 Ministerio de Cultura

rationem dicit, quòd magis bonum ſequitur de differentia inter intellectuale & ſenſuale, quám inter ſenſuale & ſenſuale; & magis de differentia inter intellectuale & intellectuale, quàm inter ſenſuale & intellectuale. Hinc.

186 Ad II. quæſtionem dicimus: differentiam inter principium, & medium eſſe æqualem cum differentia inter medium & finem, vbi principium, medium, & finis ſunt æqualia: vbi verò prædicta ſunt inæqualia, ex majoritate extremorum cognoſcenda eſt majoritas differentiæ. Finis autem terminationis, & perfectionis major eſt principio; quod quidem ſuperat finem privationis. Major ergo eſt differentia inter medium, & finem ſivè terminationis, ſivè perfectionis, quám differentia inter principium & medium; differentia verò inter principium & medium, major eſt, quàm differentia inter medium & finem privationis; nam illìc eſt acceſſus ad perfectionem; hìc verò receſſus ab ipſa. Ad 12. quæſtionem ſolutio patet ex dictis.

Majoritas differentiæ.

## CAPVT IV. DE QVÆSTIONIBVS Tertiæ figuræ.

### 187 TEXTVS.

D*ICTVM eſt in tertia figura, quòd quodlibet principium applicatur alteri; & ideo quæritur* 1. *Vtrum contrarietas ſit tantúm applicabilis bonitati mag-*

Quæritur 1.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*magnitudini &c. quantùm concordantia? Et dicendum eſt quòd non: contrarietas enim applicatur eis privando, & contrariando; concordantia autem ponendo, & concordando.*

*Dicitur etiam in tertia figura, quòd bonitas eſt magna; & ideo quæritur 2. Quid eſt bonitas magna? Et reſpondendum eſt, quòd bonitas magna eſt illa, quæ abſque contrarietate, & minoritate convenit cum omnibus principijs, & ſuis correlativis.* Quæritur 2.

*Quæritur 3. Bonitas vbi eſt? Vade ad cameram BI. & reſpicies ſignificata. Quæritur 4. Bonitas de quo eſt? Quæritur 5. Bonitas quomodo eſt? Vade ad cameram BD, & BK. & accipies earum ſignificata: & ſic de alijs. Iterùm quæritur 6. Quando eſt intellectus vniverſalis, & particularis?* Quæritur 3. 4. 5. Quæritur 6.

188 *SCHOLIVM.*

AD 3. quæſtionem reſpondemus ex Doctore in Arte magna, parte 6. cap. 7. de camera BI. & parte 8. ſect. 2. cap. 1. nu. 9. quòd per primam ſpeciem regulæ C. & D. bonitas eſt in ſeipſa, cum ipſa ſit primitiva eſſentia quoad ſuum genus: & per ſecundam ſpeciem regulæ C. & D. bonitas eſt in ſuis bonis concretis. Et ſic diſcurrendo ſpecies poſſunt propoſitæ quæſtioni aliæ reſponſiones dari.

Ad 4. quæſtionem reſpondemus ex eodem Doctore, parte 6 cap. 2. de camera B D. Et pag. 8. num. 4. quòd bonitas per primam ſpeciem regulæ



(c) 2006 Ministerio de Cultura

D eſt de ſeipſa: per ſecundam eſt de ſuis innatis correlativis: & per tertiam eſt ſubdita ſuo toti, in quo eſt.

Modus naturalis.

Ad 5. quæſtionem reſpondemus ex eodem Doctore, part. 6. cap. 8. de Camera BK. & part. 8. cit. num. 10. quód bonitas eſt per ſuum modum naturalem, quo in ſua propria differentia conſtituta eſt, & ab omnibus alijs diſtincta: habet quoque modum moralem in cauſando habitus morales, diſtinctos, bonos, & glorioſos.

Intellectus.

Ad 6. quæſtionem dicimus, intellectum eſſe vniverſalem, quando vniverſalia, & particularem, quando particularia intelligit. Vnde dicit Doctor ſuperiús, num. 100. quód intellectus facit ſe vniverſalem, quia mediante Tabula intelligit, & abſtrahit multa particularia omnium materiarum. Et ibidem modum explicans, quo intellectus fit vniverſalis, & particularis, dicit: *Per ipſam Tabulam intellectus eſt aſcenſivus & deſcenſivus &c.* In textu quoq; adducto, num. 178. monet Doctor, intellectum per Artem brevem eſſe magis vniverſalẽ, quia ſub paucis comprehendit plura; hoc eſt particularia in ſuis vniverſalibus cognoſcit. Deinde in Arte magna, parte 2. figura 3. num. 17. dicit: *Hæc figura docet deſcendere* ab vniverſali, *ad particulare gradatim*: intellectus ergo in objecto vniverſali eſt vniverſalis & altus; in particulari verò particularis & clarus. Hoc idem conſtat ex parte 9. ſect. 4. cap. 2. n. 37.

Ars brevis eſt magis compendioſa.

Scala.

Et

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et in Scala intellectus, diſt. 6. cap. de genere hominis, num. 6. & alijs.

# CAPVT V. DE QVÆSTIONIBVS Quartæ figuræ.

189 TEXTVS.

QVÆRITVR 1. *per Cameram B C D. Vtrum aliqua bonitas ſit magna infinitè, ſicut æternitas? Et reſpondendum eſt, quòd ſic: alioquin tota magnitudo æternitatis non eſſet bona, per cameram BEF.* Quæſtio 1.

*Quæritur 2. Vtrum Deus ſit ita potens per ſuam bonitatem, ſicut per ſuum intellectum? Vade ad prædictam cameram, & recipe ſignificata ſuorum correlativorum, & ſuarum diffinitionum.* Deus.

*Quæritur 3. Vtrum Angelus producat angelum, cum ſit ſuperiùs: ſicut homo producit hominem, qui eſt inferiús? Reſpondendum eſt, quòd non; quia evacuaret ſuam eſſentiam: Angelus enim non recipit augmentum ab extra; homo autem ſic, ratione corporis.* Angelus non eſt de Angelo.

190 *SCHOLIVM.*

AD 2. quæſtionem eſt reſpondendum affirmativé, per cameram citatam B E F. & docet expreſſé Doctor, quæſt. 4. Sent. dicens: *omnes Dei dignitates concurrere ad generationem Filij, & proceſſionem Spiritus Sancti, cum Filius ſit ita bonus per bonitatem, & magnus per magnitudinem &c. ſicut ſapiens per ſapientiam.* Idem oſtendit ibidem, quæſt. 6. Et quæſtione 11. Libri variarum quæſtionum. Dignitates.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Generatio divina eſt per intellectū formaliter: ſpiratio per voluntatem.

191 Dices. Si Deus eſt ita potens per bonitatem, ſicut per intellectū, & omnes Dei dignitates æquè poſſunt, & agunt: quare ergo in Divinis generatio Filij dicitur eſſe per intellectum, & proceſſio Spiritus Sancti per voluntatem? Solutionem habes in quæſtionibus citatis; incipit enim motus [vt ita loquar, motus namque in Deo locum non habet] per naturam intellectus, & perficitur per amorem voluntatis. Vnde in fine quæſt. citatæ diſtinguens Magiſter in Patre Divino tres modos amoris; ſcilicet *communem*, *proprium ſecundùm generationem*, & *proprium ſecundùm ſpirationem*, dicit; hunc vltimum, in quo communicat Filius cum Patre, eſſe quo producitur Spiritus Sanctus; quæ quidem ſpiratio ſequitur per amorem, non per naturam. Sed de his alibi latiús. Vide reſol. 6. & Corollarium partis 4. Certaminis dialectici, ibiq; Reſolutionem de cognitione diſcurſiva, & rationali myſteriorum fidei.

Tres modi amoris.

Theologia

## CAPVT VI. DE QVÆSTIONIBVS PER Diffinitiones principiorum.

192 TEXTVS.

*QVÆRITVR 1. Vtrum Deus ſit ens neceſſarium?*

*Quæritur 2. Vtrum vnitas poſſit eſſe infinita abſque actu infinito?*

*Quæritur 3. Vtrum ſit vnus Deus ſingularis.*

*Quæritur*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Quæritur* 4. *Vtrum Deus poſſit eſſe malus? Vade ad diffinitionem bonitatis, magnitudinis &c. & tene ea, quæ tibi ſignificant: nam ſi bonitas eſt magna, & æterna; jam neceſſarium eſt, quòd bonitas ſit ratio bono, magno, & æterno, quòd producat bonum, magnum, & æternum. Et ſic de alijs quæſtionibus, quæ poſſunt fieri per diffinitiones principiorum.* Deus eſt ipſa bonitas.

193 *SCHOLIVM.*

AD 1. quæſtionem reſpondemus affirmativé, & patet reſolutio ex data diffinitione Dei, parte 9. capite 1. num. 145. Deus eſt ens neceſſarium.

Ad 2. reſpondemus negativè: quoniam ſicut bonitas infinita ſtare non poteſt abſque actu infinito, ſic neque vnitas abſque actu infinito ſtare valet. Quod conſtat ex prædictis in ſcholio capitis tertij, ſolutione ad 4. quæſtionem, num. 181. Agit neceſſariò ad intra.

Ad 3. reſpondemus affirmativè: nam ſi plures Dij ponerentur, vnus finiret alium; ac proinde neuter eſſet Deus. Eſt ſingularis.

Ad 4. reſpondemus negativé, per illud Pſal. 5. num. 5. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es*, Deus ergo neceſſariò bonus eſt, nec malus eſſe poteſt. Cauſa eſt efficiens, non deficiens. Vide *Eſtium* in Biblia maxima, ſuper locum cit. Non deficiens.

## CAPVT VII. DE QVÆSTIONIBVS Per Regulas.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

140 TEXTVS.

Quæſtio 1. *QVÆRITVR primò. Vtrum credere præcedat intelligere?*

*Quæritur 2. Quæ diffinitio ſit melior, & clarior; aut quæ datur per potentiam, & ſuum ſpecificum actum; aut illa, quæ datur per genus, & differentiam? Et reſpondendum eſt, quod illa, quæ datur per potentiam, & ſuum ſpecificum actum; per hanc enim habetur cognitio ſubjecti, & actus ejus ſpecifici: per alteram autem nequaquã; ſed partium tantúm*

Diffinitio potiſſima. num. 182.

*Quæritur 3. Vtrum potentia extra ſuam eſſentiam habeat actum?*

*Quæritur 4. Vtrum intellectus ſit agens in memoria, & in voluntate patiens.*

*Quæritur 5. Vtrum intellectus poſſit habere objectum, abſque ſenſu?*

*Quæritur 6. Vtrum Divina poteſtas poſſit habere actum infinitum?*

*Quæritur 7. Vtrum actus eſſe poſſit ſine differentia?*

*Quæritur 8. Vtrum actus ſit poſſeſſus à potentia, aut ab objecto, aut ab vtroque?*

*Quæritur 9. Vtrum ſubſtantia poſſit per ſe exiſtere, abſque ſuis cauſis?*

*Quæritur 10. Vtrũ voluntas habeat poſſe in intellectu per credere; & intellectus in voluntate per intelligere?*

Æqualitas in objecto. n. 12.

*Quæritur 11. Vtrum in anima voluntas, & memoria ſint æquales?*

*Quæ-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Quæritur* 12. *Vtrum intellectus abſque ſuis correlatiuis poſſit eſſe vniuerſalis, aut particularis?* Vide dicta, cap. quarto, num. 188. ſolutione ad 6. Intellectus.

*Quæritur* 13. *Vtrum intellectus quando facit ſcientiam, faciat ipſam per proprietatem, & differentiam?*

*Quæritur* 14. *Vtrum intellectus diſponat amare, & memorari; & è conuerſo?*

*Quæritur* 15. *Vtrum intellectus in vno, & eodem tempore poſſit credere, & intelligere?*

*Quæritur* 16. *Vtrũ intellectus in ſeipſo faciat ſciẽtiã?*

*Quæritur* 17. *Quomodo intellectus facit ſpeciem?*

*Quæritur* 18. *Vtrum intellectus cum ſua ſpecie imperet voluntati, & memoriæ, quòd objectent illam ſpeciẽ?* Imperiũ. *Sicut applicauimus quæſtiones regularum ad intellectum, ſic poſſunt applicari ad alias potentias ſuo modo.*

195 SCHOLIVM.

AD I. Quæſtionem dicimus, intelligere eſſe proprium intellectui, & credere appropriatum: nullum autem appropriatum præcedit proprium, ſtante ſubjecto in rectitudine ſua; ſedtamen per accidens, & ratione obliquitatis, ſeu infirmitatis ſubjecti, contingit proprium ſequi appropriatum: ſic credere in rebus fidei præcedit intelligere; juxta illud Iſaiæ 7. *Niſi credideritis, non intelligetis.* Imò in omnibus materijs, ſtante naturæ infirmitate, plura ſupponimus, quàm intelligamus, vt monet Præceptor noſter in Compendio artis demonſtratiuæ, diſt. 1.

Proprium eſt per ſe prius, per accidens poſterius.

Plura ſupponimus. Cert. nu. 221. pag. 349.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Compendium manuſcriptũ in folio.

1. de tertia parte figuræ S. ( hoc eſt de anima ) fol. 11. col. 2. Et ſic credere eſt antecedens, & intelligere conſequens, vt Doctor loquitur in Arte juris, diſt. 6. p. 3.

Actus recipitur in potentia. num. 196. ad 16. & 17.

Ad 3. quæſtionem reſpondemus negativé, cum Doctore in libro correlativorum, d. 2. § *magnitudo &c.* dicente: *quòd magnitudo extra ſuam eſſentiam agere non poteſt.* Idem manifeſtè innuit in Tabula generali, d. 5. p. 5. §. 10. fol. 83. col. 4. Et patet: nã viſiva potentia v. g. non poteſt agere actum ſuum extra viſibile, quod eſt eſſentia ſua; quare vt videat, reponit viſibile remotum in propinquo, ſicque in ipſum agit.

Intellectus per ſuppoſitionẽ eſt patiẽs.

Ad 4. quæſtionẽ reſpondemus affirmativè: nã intellectus tribuit memoriæ ſpecies, vt ipſas conſervet: & ſubjicitur voluntatis imperio, eſtque per ſuppoſitionem, quam à voluntate habet, patiens. Reſpondemus etiam, quód intellectus eſt agens, & patiens tàm in memoria, quám in voluntate; vt patebit infrá, ſolutione ad quæſtionem 18.

Status pręſens pœnalis.

Ad 5. quæſtionem dicimus, infirmitatis eſſe naturæ, dependentiam intellectus à ſenſibus; ſicut cum D. Auguſt. probavimus, tractatu de viſione Dei, diſp. 3. art. 2. & docet Doct. Illum. quæſt. 48. Sententiarum, & in librode diſputatione intellectus, & fidei, ſolutione objectionis tertiæ.

Actus correſpondet potentiæ.

Ad 6. patet reſolutio affirmativa, ex dictis in Scholio capitis antecedentis, nu. 190. ſolutione ad quæſtionem ſecundam.

Ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ad 7. reſpondemus, res omnes differre per actus ſuos, ſeu agentias proprias. Nec actus eſſe poſſunt abſque correlativorum differentia.

Diſtinctio rerum.

Ad 8. dicimus, actum quidem à potentia, & objecto produci; ſed recipi tantùm in potentia. Vide Arborẽ ſenſualẽ, parte de branchis, §. de viſu.

Actus immanens.

Ad 9. reſpondemus negativé: vnumquodque enim exiſtit per id, quod eſt; ſubſtantia autem per cauſas ſuas eſt.

Subſtantia exiſtit cũ ſuis cauſis.

Ad 10. patet reſolutio affirmativa, ex principiorum mixtione, ſeu combinatione.

Principia ſe mutuò penetrant.

Ad 11. habetur reſolutio affirmativa ſuperiùs, cap. 3. de quæſtionibus 2. figuræ, num. 184. ſolutione quæſtionis 8.

Æqualitas potentiarum.

Ad 12. reſpondemus, vnumquodque principiorum abſque concretis innatis, qualia ſunt propria correlativa, ſic ab omnibus abſtractum eſſe, vt nihil præter eſſe ſuum dicat. Ita de bonitate docet Doctor, quæſt. 2. Sententiarum. Quare intellectus abſque correlativis conſideratus, ſic eſt omninò abſtractus ab omnibus, vt nec vniverſalis, nec particularis eſſe valeat. Ad hoc faciunt dicta in ſcholio capitis quarti, num. 188. ſolut. ad quæſt. ſextam.

Tria correlativa.

Vltimata abſtractio.

Ad 13. dicimus, ſcientiam ſequi conditionem definitionis: vnde ſicut diffinitio per potentiam, & actum ſpecificum data, melior eſt & clarior diffinitione tradita per genus & differentiam; ſic quoque ſcientia, quæ habet pro medio actum ſpecificum, cla-

Scientia.

clarior eſt ſcientiâ habente pro medio differentiam. Actus autē ſpecificus dicit' proprietas intrinſeca rei.

Actus ſpecificus.

196 Cæterùm, quia communiter, nomine proprietatis venit forma ſequens conſtitutionem rei, quæ per propriam differentiam habetur; hinc proprietas ſic ſumpta, poſterior eſt differentiâ. Quamvis ergo intellectus faciat ſcientiam per proprietatē, & etiam per differentiam; tamen diverſimodé facit illam, juxta medij diverſitatem. Nam ſcientia, quæ habetur per actum ſpecificum, clarior eſt illâ ſcientiâ, quæ habetur per differentiam conſtitutivam rei: & ſcientia, quæ habetur per talem differentiam, nobilior eſt & clarior ſcientiâ illâ, quæ per proprietatē, tali differentia poſteriorem, habetur. Vide textū num. 194. ſolutione ad quæſt. 2.

Proprietates.

Demonſtrationes potiſſimæ. Cert. nu. 140. pag. 197.

Ad 14. reſpondemus affirmativè. Et in hoc paſſu apparet mutuum principiorum juvamen.

Iuvamen.

Ad 15. reſpondemus affirmativè: nam credere ſupponitur ab intelligere, ex ſolutione ad 1. quæſt. num. 195. Et intelligere defendit credere; ex Doct. quæſt. 1. Sententiarum, & dictis in ejus reſolutione, concluſione 7. & 8. & latiùs in Corollario ſuperiùs cit. num. 191.

Fides, & ſcientia ſe mutuò fovent.

Ad 16. Reſolutio affirmativa habetur in ſolutione quæſtionis 8. ſcientia enim eſt actus intellectus, actus autem in potentia recipitur.

Actus recipitur in potentia.

Ad 17. reſpondemus, intellectum facere ſpeciē deducendo imperfectū, ſeu remotū intelligibile



(c) 2006 Ministerio de Cultura

in proximum & perfectum: ſic enim intelligibile remotum extenſum [*id eſt extra intelligibile propinquum exiſtens*] dicitur objectum: intelligibile autem remotum intenſum [id eſt intra propinquum intelligibile tentum] dicitur ſpecies. Vide Doctorem in Arte inventiva veritatis, diſt. 3. regula 8. de punctis tranſcendentibus, cap. de ratiocinativa, & alijs capitibus. Abſtractio ſpecierum.

Ad 18. reſpondemus, intellectum oſtendendo voluntati veritatem, dirigere quidem voluntatem, ac quodammodò cogere ad amandum veritatem; vt notat Doctor in prologo Artis amativæ: voluntas etiam diligendo bonitatem cogit intellectum, vt ipſam intelligat, diligentiùſque inquirat; vt patet in exemplo penultimo Arboris exemplificalis: intellectus quoque, & voluntas cum memoriæ tradunt ſpecies, quas colligunt, ipſi imperant, vt illas conſervet: memoria autem ab intellectu, & voluntate aliquid poſtulat & ſemper requirit quid conſervet, ac retineat. Hinc apparet mutuum potentiarum dominium, & ſervitium; ac proinde æqualitas. Vide quæſt. tertiam Senten. & in reſolutione, concluſionem quartam. Vide etiam in Arte juris diſt. 5. de tertia potentia, deducta per regulas. In libro etiam variarum quæſtionum, quæſt. 84. dicit Doctor: *Potentiarum animæ altera alteram cogit; ac proinde altera alteri imperat:* quælibet enim eſt ſuo modo libera, ex reſol. 83. Sent. Lulli.

Voluntas an poſſit cogi?

Iuvamen mutuum potentiarum.

Liberum arbitrium.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT VIII. DE QVÆSTIONIBVS Tabulæ.

## TEXTVS.

197

Quæſt. 1. QVÆRITVR 1. *Vtrum mundus ſit æternus? Vade ad columnam B C D. & teneas negativam; & invenies in camera BCTB. quòd ſi mundus æternus eſt, multæ ſunt æternitates ſpecie differentes; & concordantes ſunt per cameram BCTC. contra cameram B C T D. quod eſt impoſſibile. Vnde ſequitur, quòd de quæſtione, negativa eſt tenenda. Et hoc probat regula B.*

Mundus non eſt æternus.

*Quæritur 2. Vtrum Deus poſſit eſſe tantum infinitus per ſuam magnitudinem, quantum p r ſuam æternitatem? Vade ad columnam C D E. & ad cameram C D T C. tenendo affirmativam, contra cameram CDTD.*

Deus eſt ſummè æqualis.

*Quæritur 3. Vtrum Deus tantum poſſit per æternitatem, quantum per intellectum? Vade ad columnam DEF. & ad cameram D E T D.*

Potens.

*Quæritur 4. Vtrum Deus ſit ita potens per ſuum poſſe, ſicut per ſuum intelligere, & amare? Vade ad columnam EFG, & tene affirmativam, per cameram EFTE. & per cameram E F T F. & per camerã E F T G. quouſque tota columna ſit evacuata.*

Perfectus.

*Quæritur 5. Vtrum in Deo ſuus intellectus, & voluntas ſint majores, quàm ſua virtus? Vade ad columnam FGH. & tene negativam, per omnes cameras ipſius columnæ, hauriendo ſignificata camerarum.*

Virtuoſus

*Quæ-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Quæritur 6. Vtrum Divina veritas ſit ita virtuoſa per æqualia correlativa, ſicut Divina voluntas? Vade ad columnam GHI. & tene affirmativam, per omnes cameras ipſius columnæ.*

*Quæritur 7. Vtrum in Deo ſua virtus, ſua veritas, & ſua gloria habeant illud, per quod ſunt æquales, & à tempore, loco, & minoritate remotæ? Vade ad columnam HIK. & tene affirmativam, per omnes cameras.* A tempore, loco, & minoritate remotus.

198 *SCHOLIVM.*

QVÆSTIONES omnes ſunt ſolutæ in textu. Et in ſolutione tertiæ, per cameram DETD. ſignificat Doctor, quòd contrarietas non habet locum in Deo; ac ideo affirmativa quæſtionis eſt tenenda: ſicut in ſolutione quæſtionis ſecundæ affirmativam partem oſtenderat. Contrarietas.

## CAPVT IX. DE QVÆSTIONIBVS Evacuationis tertiæ figuræ.

199 TEXTVS.

*IN camera BC. dictum eſt, quòd bonitas eſt magna. Modò quæritur: Vtrum bonitas ſit magna; & quid eſt ſua magnitudo; & bonitas, & magnitudo in quo concordant? Et Vtrum poſſint concordare, abſque differentia? Et reſpondendum eſt, quòd bonitas eſt magna; vt patet per diffinitionem magnitudinis. Et ſua magnitudo eſt habere correlativa; vt per ſecundam ſpeciem regulæ C. patet. Et concordant; quia bonitas eſt* Vſus combinandi. Magnitudo ſubſtãtialis eſt per correlativa.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*magna per magnitudinem; & è converſo. Iam verò concordare nequaquam poſſent, abſque differentia ſuorum correlativorum. Et hæc de evacuatione tertiæ figuræ ſufficiant, cauſá brevitatis: nam per hæc, quæ de ea diximus, poteſt Artiſta ſolvere, & facere quæſtiones per alias cameras.*

Concordántia eſt inter diſtincta.

## SCHOLIVM.

200 QVAMBREVISSIME Doct. ſe expedivit, nec nobis immorari licèt. Solúm obſervandum advertimus ſubtilem cameræ propoſitæ vſum, vt omnibus norma ſit ſolvendi in brevi quæſtiones poſitas, novaſque proponendi.

Practica diſcurrendi.

# CAPVT X. DE QVÆSTIONIBVS Multiplicationis quartæ figuræ.

## TEXTVS.

201 *QVÆRITVR: per quem modum intellectus conditionat ſe ad eſſendum generalem, per generale intelligere? Vade ad multiplicationem quartæ figuræ, & vide per quem modum intellectus multiplicat conditiones, cum quibus ipſe multiplicat objecta, & ſuum intelligere; vt per multas, & magnas ſcientias ſit generalis, & multis habitibus indutus. Et hæc de multiplicatione quartæ figuræ ſufficiant, cauſá brevitatis.*

Intellectus.

## SCHOLIVM

202 SOLVTIONEM propoſitæ quæſtionis in textu habes ſuperiús, n. 188. in ſcholio cap. 4. ſolutione ad quæſt. 6.

CAP-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT XI. DE QVÆSTIONIBVS Mixtionis principiorum, & regularum.

203 TEXTVS.

*QVÆRITVR* I. *Vtrum bonitas ſit diſcurribilis per magnitudinem, duratione͞ &c. & è conuerſo? Reſpondendum eſt, quòd ſic; vt ſignificatum eſt per tertiam figuram, ſaciendo de ſubjecto prædicatum.* Quæſt. I. Iuvamen.

*Quæritur* 2. *Quid eſt bonitas in magnitudine, duratione &c. Reſpondendum eſt, quod in magnitudine eſt magna, in duratione durabilis &c.* Principia ſpecificantur mutuò.

*Quæritur* 3. *Quid habet bonitas in magnitudine &c? Dicendum eſt, quòd in ipſa habet ſua correlatiua magna, & in duratione durabilia. Et ſicut exemplificauimus de bonitate, ita poteſt exemplificari de alijs principijs ſuo modo. Et hæc de mixtione ſufficiant.*

Textus eſt clarus, & in materijs ſubjectis practicandus, obſeruatis quæ diximus ſuperiús, parte 8. & quæ dicimus in ſpeciali tractatu de mixtione, ſuper partem 8. Artis magnæ.

## CAPVT XII. DE QVÆSTIONIBVS Nouem ſubjectorum: & primò de Deo.

204 TEXTVS.

*QVÆRITVR* I. *Vtrum Deus ſit? Et reſpondendum eſt quòd ſic; vt probatum eſt in quæſtionibus primæ figuræ.* Quæſt. I. Dei.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Deus æqualiter eſt, & agit in ſeipſo.

*Quæritur 2. Quid eſt Deus? Et reſpondendum eſt, quòd Deus eſt ens, qui tantum agit in ſeipſo, quantum ipſe eſt.*

Proprietates ſunt Deo intrinſecæ.

*Per ſecundam ſpeciem regulæ C. Quæritur 3. Quid habet Deus in ſe eſſentialiter? Ad quod reſpondendum eſt, quòd habet ſuos correlativos, ſine quibus non poſſet habere immenſas, & æternas rationes.*

Deus eſt creator omnium, gubernator, & dominus &c.

*Per tertiam ſpeciem Quæritur 4. Quid eſt Deus in alio? Ad quod dicendum eſt, quòd ipſe eſt creans, gubernans, & hujuſmodi.*

*Per quartam ſpeciem regulæ C. Quæritur 5. Quid habet Deus in alio? Et dicendum eſt, quòd habet in mundo poſſe, & dominium: & in hominibus judicium, & actum gratiæ, miſericordiæ, humilitatis, patientiæ, & pietatis. Et hæc de Deo ſufficiant, cauſâ brevitatis.* Nihil modó addendum occurrit, quod Scholio perſtringamus.

## CAPVT XIII. DE QVÆSTIONIBVS Angeli.

### 205 TEXTVS.

Quæſt. 1.

Angelos eſſe probatur.

*QVÆRITVR 1. Utrum Angeli ſint? Et reſpondendum eſt, quòd ſic. Si enim id, quod minùs videtur Deo ſimile, eſt; multò magis id, quod magis videtur eſſe ſimile Deo, eſt. Adhuc, ſi aliquid eſt, quod eſt compoſitũ ex intellectuali, & corporali; multò magis id, quod eſt compoſitũ ex intellectuali, & intellectuali eſt. Amplius; ſi Angeli quidem non eſſent, ſcala differentiæ, & con-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*concordantiæ eſſet evacuata; & per conſequens mundus: quod eſt impoſſibile.* Quod eſt, dum eſt, neceſſarió eſt. Cert. num. 141. pag. 199.

*Quæritur* 2. *Angelus de quo eſt, & cujus eſt? Reſpondendum eſt per regulam* D. *quòd eſt de ſeipſo: ſua enim eſſentia non poteſt eſſe punctualis, neque linealis. Et per ſecundam ſpeciem ejuſdem regulæ eſt de ſuis correlativis ſpiritualibus; ſcilicet de ſuis* tivis, bilibus, & are, *ex quibus eſt compoſitus. Per* tiva *eſt activus; & per* bilia *eſt receptivus; &* are *eſt actus exiſtens inter tiva, & bilia. Per tertiam ſpeciem eſt dicendum, quód Angelus eſt Dei. Et hæc de Angelis, cauſâ brevitatis ſufficiant.*

Angelus eſt de ſeipſo primitivé, Dei poſſeſſivè.

Compoſitus ex correlativis. Reſol. 45. Sent.

206 *SCHOLIVM.*

CVM dicit Doctor in ſolutione quæſt. 1. impoſſibile eſſe, quòd mundus ſit evacuatus: intelligitur in ſenſu cõpoſito, & regulariter, eò quòd mundus talis ſit à Deo creatus, qualis eſt: *Dei enim perfecta ſunt opera*; ſicque ad finem, ab ipſo intentum, ordinata. Cum ergo mundus à Deo creatus ſit, & creaturæ ſpirituales ſint creatæ, vt ipſum recordentur, intelligant, & ament; impoſſibile eſt, quòd finis iſte ſit in omnibus evacuatus: quod vtiq; eſſet poſſibile, ſi poſſibile eſſet mundum eſſe evacuatũ: Id ergo impoſſibile eſt de potẽtia ordinata, & ſuppoſito ordine naturæ & gratiæ, à Deo ſtabilito.

Potentia Dei abſoluta, & ordinaria. Cert. nu. 194. pag. 294.

Non datur vacuum.

## CAPVT XIV. DE QVÆSTIONIBVS Cæli.

TEX-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

207 TEXTVS.

Quæſt. I. cæli.

*QVÆRITVR I. Utrum cælum moveat ſeipſum? Et reſpondendum eſt, quòd ſic: ut ſua principia habeant correlativa ſubſtantialia, & propria per ſuas conſtellationes.*

Cælum movetur á propria forma, & ab Angelo. num. 209.

*Quæritur 2. Utrum cælum moveat ſe ad locum? Et reſpondendum eſt, quod ſic, in ſe circulariter; ſed non extra ſe. Ratio hujus eſt, quia extra ſe nullam actionem habet, nec habere poteſt.*

Circulariter in ſe: nõ extra. Vide nu. 208.

*Quæritur 3. Utrũ Angelus moveat cælum? Et reſpondendum eſt, quod non: quia ſi moveret, jam tiva correlativorum cæli eſsent inferiùs, & bilia ſuperiùs. Et etiam per ſuam formam non moverent elementa, nec elementata; ſed per ſuam materiam: quod eſt impoſſibile.*

Angelus ſolus non movet cælum. nu. 209.

*Quæritur 4. Utrum cælũ habeat animã motivam? Et dicendum eſt, quòd ſic: nam aliter ſenſitiva, & vegetativa non haberent animas motivas: nec elementata haberent motum.*

*Quæritur 5. Per primam ſpeciem regulæ E. Quare eſt cælum? Et dicendum eſt, quod ex eo, quia de ſua forma & materia eſt conſtitutum.*

Cælum eſt compoſitum.

*Per ſecundam ſpeciem regulæ E. Quæritur 6. Quare eſt cælũ? Et dicendũ eſt, ut entia inferiora poſſint habere motum. Et hæc de cælo ſufficiant, cauſâ brevitatis.*

Vide nu. 210

208 *SCHOLIUM.*

NOTANDVM I. Quando in ſolutione quæſtionis dicit Doctor, quód *cælum extra ſe nullam*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*nullam actionem habet, nec habere poteſt:* non intendit negare influxum, quem cælum in hæc inferiora habet, & paſſim ipſe declarat; ſed tantúm vult, cælũ extra ſe nullam actionem habere, qua aliquid ſui extra ſpheram mittat: cælum enim in ſe tantùm circulariter ſe movet, non veró extra, vel aſcendendo, vel deſcendendo per lineam rectam. Sic monet Doctor in Lect. ſuper art. invent. & tabulam gen. diſt. 3. quæſt. 5. principali, pag. 168. col. 4. § fhtc. Influit in inferiora.

209 Notandum 2. In ſolutione quæſt. 3. Magiſtrum ponere ſententiam ſuam contra Philoſophos dicentes, cælum non moveri à propria forma, ſed tantúm ab Intelligentia: & docet cælum moveri á propria forma, & non tantùm ab Intelligentia. Ab iſta ergo movetur cælum, & gubernatur, vt monet ipſe Doctor in libro de principijs Philoſophiæ, diſtinc. 15. cap. de potentia motiva: & movetur quoque à propria forma, vt in præſenti Doctor docet, & ſæpè alibi. Cælum.

Vnde, cum á Canon. Belverio in Apologia, percontatione 15. de regulis dicitur, quòd Angelus eſt in orbe motor: non intendit negare orbem moveri à propria forma; ſed docet quoque moveri ab Angelo: nam ſicut lapis à ſuperiori loco in centrũ projectus, movetur à projiciente, & à forma propria; ſic quoque circularis motus cæli eſt á propria forma, & à motore Angelo. Angelus eſt in orbe motor.

210 Notandum 3. pro ſolutione quæſtionis 4.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

cujus affirmativam reſolutionem expendit Doctor in Aſtrologia, parte prima principali, circa finem, agens de anima cæli; quòd hìc per animam intelligit illam eſſentiam cæli, quæ magis ſe habet ad finem, propter quem cælum naturaliter eſt: ſicut enim in arbore, vegetativa eſt anima, quia plus ſe habet ad finem arboris; ſcilicet ad faciendum fructum, quám aliqua alia arboris pars: & ſenſitiva in brutis eſt anima, quia majorem vtilitatem, quam habent bruta eſt, & conſiſtit per ſentire: ſic quoq; cum cælum plus vtile ſit per motum, cum quo in hæc inferiora influit, quàm per aliquam aliam ſuarum partium, oportet dicere, quód eſſentia motiva cæli eſt ipſius anima, quæ cælum movet, informat, perficit, deducitque ad finem, propter quem eſt. Et vade ad reſol. 76. Sent. Lulli.

Anima generaliſſimè dicta.

Finis cæli. num. 207. ad 6.

## CAPVT XV. DE QVÆSTIONIBVS Hominis.

211 **TEXTVS.**

Quæſt. 1. hominis.

*QVÆRITVR 1. Vtrum homo de Deo poſſit habere majorem notitiam affirmando, an negando? Et reſpondendum eſt, quòd affirmando: Deus enim non eſt per illa, ſine quibus ipſe eſt; ſed per illa, ſine quibus ipſe eſſe non poteſt.*

Deus.

*Quæritur 2. Quare homo agit per formam ſpecificã? Vade ad ſecundam ſpeciem regulæ E, & ibi eſt ſolutio implicata, num. 78.*

Quæ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Quæritur 3. Vtrum homo augmentans ſuos actus, augmentet ſuam eſſentiam? Et reſpondendum eſt, quód nullus homo agit ſeipſum.*

Homo nõ agit ſeipſum. Vide nu, 214.

*Quæritur 4. Quando homo deſiderat recolere, & non poteſt recolere, quis iſtorum deficit priùs; an memoria, an intellectus? Dicendum eſt, quòd memoria: ipſa enim citiús reddit ſpeciem antiquam naturaliter intellectui, quàm voluntati.*

Vide nu. 215.

*Quæritur 5. Anima, & corpus quomodo componunt hominem? Et dicendum eſt, quod in homine bonitas corporalis, & ſpiritualis componunt vnam bonitatem: & ſic de alijs.*

Componitur ex corpore, & anima rationali vna. Vide nu. 212.

*Quæritur 6. Quid eſt vita hominis? Ad quod reſpondendum eſt, quòd eſt illa forma, quæ compoſita eſt ex vegetativa, ſenſitiva, imaginativa, & ratiocinativa.*

Vita hominis.

*Quæritur 7. Quid eſt mors hominis? Et reſpondendum eſt, quòd diſſolutio potentiæ elementativæ, vegetativæ, ſenſitivæ, imaginativæ, & remotionativæ.*

Mors.

*Quæritur 8. Vtrum homo ſit viſibilis? Et dicendum eſt, quòd non: viſus enim non poteſt videre, niſi colorem, & figuram.*

Color eſt objectum viſus, non ſubſtãtia.

*Quæritur 9. Vtrum in homine intellectus & memoria ſint eadem potentia? Ad quod reſpondendum eſt, quòd non: quià ſi eſſent eadem potentia, jam intellectus non eſſet ſucceſſivus in acquirẽdo ſpecies; nec traderet illas oblivioni; neque etiam eas ignoraret. Item, quia nimis eſſet fortis in objecto, contra libertatem voluntatis. Et hæc de homine ſufficiant, cauſâ brevitatis.*

Intellectus diſtinguitur realiter á memoria. nu. 216.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

212 ## SCHOLIVM.

Finis hominis.

AD ſecundam quæſtionem dicimus, quòd homo agit per formam ſpecificam, à corporalibus ſecretam, ſcilicet animam rationalem, vt ſuum poſſit conſequi finem; homo enim ad memorandũ, intelligendum, Deumque diligendum creatus eſt. Sic ſæpé ſæpiùs Magiſter repetit.

213 Circa ſolutionem quæſtionis tertiæ deſiderabis vberiorem notitiam. Nam in Arte magna, parte nona, ſect. 4. cap. 1. De homine, n. 13. legitur, quòd *Humidum radicale vivit, & ſeipſum augmẽtat de hoc, quod venit extra:* atqui cum humidum radicale augetur, creſcit homo, & augetur, ſicut experientiâ patet: ergo homo augmentans ſuos actus nutritivæ, augmentat eſſentiam ſuam; ac proinde, juxta ſolutionem á Doctore datam, agit ſeipſum. Vel dicendum eſt, quòd ſolutio non valet.

Nutritio.

Confirmatur, quia in libello chaos, rub. 35. vbi diſtinguit ſituationes quinque humidi radicalis, §. *quarta eſt, & §. quinta eſt in beneficio vitæ &c.* Doct. dicit: *Quando homo natus eſt, vivit ex hoc, quod ab elementis ſuſcipit in ſuo humido radicali.* Facit quoque ad idem, *exemplum de ovo*, quod tradit Doctor cit. in Arte magna, cap. 2. de homine, num. 22.

Producẽs diſtinguitur realiter à producto.

214. Reſpondetur, quòd inter producens, & productum intervenit neceſſariò diſtinctio, vt monet Doctor, quæſt. prima Sententiarum: nam idem non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non poteſt producere ſeipſum: ſi autem homo augeret ſuam eſſentiam, produceret quidem illud eſſe, quod augeret; ac proinde eſſe ſuum proprium produceret: cum ergo id fieri nequeat; neque homo eſſentiam ſuam augmentare valet; tametſi corpus ſuum augmentet, quod equidem fluxibile eſt. Ad inſtantias Doctoris dicimus cum ipſo in eadem Rubrica 35. libelli chaos, § *Aqua frigida &c.* hominem, quoad eſſe ſuum ſpecificum, & numerale non ſuſcipere augmentum, nec decrementum. Et ibidem, § *In ſpecie hominis generatur embrio &c.* dixerat: *Humidum radicale in ſuo proprio eſſe numerali indiviſibili permanet: aliter nullus homo eßet in ſuo proprio eſſe ſpecifico idem numero, diverſis temporibus: quod eſt impoſſibile.*

Corpus hominis eſt fluxibile.

Homo eſt ſéper idé numero. Cert. nu. 176. pag. 262.

Sic igitur ex egregio præceptore noſtro Raymundo Lullo, humidum radicale vivit de nutrimentali, vt augendo ſe in ratione radicalis; non tamen auget ſe in eſſe ſpecifico, & numerali; ac proinde homo quamvis decurſu temporis creſcat quoad corpoream ſubſtantiam ſuam, quia aliquid extrinſecum tranſit in veritatem humanæ naturæ; non tamen creſcit quoad eſſentiam & numerum; cum ſit ſic indiviſibilis, & á ſuis parentibus totaliter genitus; ſed creſcit tantùm humidum radicale à parentibus acceptum, quouſque fiat perfectus homo. Vt enim monet idem Doctor, § *Aqua frigida*, citato, illud modicum quid humidi radica-

Humidũ radicale creſcit: & quomodò.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

radicalis à parentibus acceptum, in virtute corporeæ ſubſtantiæ eſt multiplicabile; non tamen quoad ejus eſſe ſpecificū, & numerale. Et ſubdens rationē dicit: *Hoc autē habet ita eſſe, vt ſit verus patris filius, & verus homo: quoniā ſi foret augmentabile de aliena eſſentia, non poducta à parentibus illis, de quibus generatum eſt, non eſſet verus filius, nec perfectus homo.* Quod eſt impoſſibile. Vide reſol. 87. & 88. Sent. Lulli.

Verus filius.

215 Circa ſolutionem quæſt. 4. vt magis conſtet, quare memoria priús deficit, quám intellectus, quando homo recolere deſiderat, & non poteſt; ſciendum eſt, quòd ſicut in rationum inquiſitione, citiùs intellectus inprimit memoriæ ſpecies, quàm voluntas, ex Arte magna, parte 10. cap. 14. art. 101. n. 224. ita é converſo in actione recolendi, memoria priús reddit ſpecies intellectui, quàm voluntati; ac proinde priùs memoria deficit deſiderio recolendi, quàm intellectus, cui ſpecies conſervare non intereſt.

Ordo diſcurrendi.

216 Circa ſolutionem quæſtionis nonæ deſiderabis rationem, quare intellectus non eſſet ſucceſſivus in acquirendo ſpecies, ſi eſſet eadem potentia cum memoria? Reſpondemus, ex Doctore noſtro in Scala intellectus, diſ. 6. cap. de natura hominis, num. 7. dicente: *Dum ſic intellectus diſcurrit, cognoſcit quod ſi ipſe, & memoria eſſent vna, & eadem potentia, & natura; memoria eſset ita diſcurſiva, ſicut ipſe; & ipſe ſic ſpecies conſervaret,*

Officia diſtincta.

*ſicut*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*ſicut memoria; quæ conſervatio ipſum impediret ad inveniendum novas ſpecies.* Hinc ad quæſitum dicimus, quód conſervatio ſpecierum impediret intellectum ad ſucceſſivam acquiſitionem ſpecierũ.

## CAPVT XVI. DE QVÆSTIONIBVS Imaginativæ.

217 ### TEXTVS.

QVÆRITVR 1. *Vtrum imaginativa imaginetur imaginabilia ſuo modo, ſicut ſenſitiva ſentit ſenſibilia?* Quæſt. 1. imaginativæ.

*Quæritur* 2. *Quæ eſt cauſa, quare imaginativa abſtrahit ſpecies à ſenſibus?*

*Quæritur* 3. *Quid eſt imaginativa?*

*Quæritur* 4. *Vtrum imaginativa habeat correlativos?*

*Quæritur* 5. *Vtrum imaginativa augmentet ſe, augmentando ſuum actum?*

*Quæritur* 6. *Vtrum imaginativa ſit altior potentia, quàm ſenſitiva?*

*Quæritur* 7. *Vtrum imaginativa habeat inſtinctum, & appetitum ſpecificos?*

*Quæritur* 8. *Senſitiva, per quem modum impediat actum imaginativæ?*

*Quæritur* 9. *Quare imaginativa non eſt ita potens in ſenſibilibus, vel ſenſatis, ſicut ſenſitiva? Vade ad ſubjectum imaginativæ, parte 9. cap. 5. n. 150.*

*Quæritur* 10. *Vtrum ſenſitiva ſenſet imaginativam? Et reſpondendum eſt, quòd potentiæ inferiores non agunt in ſuperiores.* Potentiæ inferiores.

SCHO-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

218 ## SCHOLIVM.

AD primam quæſtionem reſpondemus affirmativè. Et ad ſecundam dicimus cum Doctore in Arte magna, part. 9. ſect. 5. cap. 1. nu. 2. *quòd ſi imaginatio non eſſet, jam non eßet ſcientia de rebus præteritis, neque animal ſciret reverti ad fontem; & ſic de alijs.*

Imaginatio deſervit ſcientiæ.

Ad tertiam patet diffinitio imaginativæ, parte 9. cap. 1. num. 1. & cap. 2. num. 21. & 33. vbi conſtat imaginativã habere ſua propria correlativa. Et ſic ad quartam quæſtionem reſpondemus affirmativè.

Habet propria correlativa.

Ad quintam reſpondemus negativé. Nam ſubſtantia non augetur per accidentia ſua; ſicut autem intellectus de novo intelligendo, intelligit per actum accidentalem, in ſubſtantiali receptum, vt conſtat ex part. 9. cap. 6. num. 85. ſic quoque imaginativa actú imaginatur per actum extrinſecum, & accidentalem, in ſubſtantiali fundatum.

Subſtantia non augetur per accidentia.

Ad ſextam dicimus cum Magiſtro in Arte magna, parte 9. ſect. 5. cap. 1. *de imaginativa, per principia deducta, num.* 4. *quòd ſicut in homine, anima rationalis perficit potentias inferiores, ſic imaginatio in brutis perficit potentias inferiores:* Eſt ergo imaginativa altior potentia.

Anima rationalis perficit potentias inferiores.

Ad ſeptimam reſpondemus, quòd vnaquæque natura ſicut habet finem proprium, ſic quoq; habet inſ-

Inſtinctus naturam dirigit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inſtinctum, quo dirigitur ad illum; & appetitum quo ipſum appetit. Vade ad ſect. proximé citatam de imaginativa.

Ad octavam dicimus, quòd ſigillum imprimens ſuam figuram in ſera, dùm eſt in ipſa, impedit viſionem talis figuræ. Similiter veſtigium hominis non videtur, quouſque pes movetur. Imaginatio quoque, nimiâ actione ſuâ impedit intellectum, ne intelligat. Ita Doctor in libro variarum quæſtionum, quæſtione 118. & in Arbore ſcientiæ, *de arbore imaginali*, cap. de ſimilitudine ſitus: & in Arbore quæſtionali, cap. *de quæſtionibus brancharum Arboris imaginalis*. Homo ergo, vt imaginetur, debet cohibere ſenſum; vt monet Doctor in Scala intellectus, diſt. 6. cap. de ſpecie hominis, num. 2. nimiâ namque ſenſuum applicatione imaginatio impeditur. Vnde qui aliquo carent ſenſu, ſunt frequenter vberioris imaginationis.

Imaginatio nimia.

Senſatio nimia.

Ad nonam dicimus, ſenſatum eſſe proprium objectum, & immediatum ſenſitivæ; non imaginativæ. Vade ad caput citatum in textu.

Objectum fortiùs attingitur à potentia propria, quàm aliena.

## CAPVT XVII. DE QVÆSTIONIBVS Senſitivæ.

219 T E X T V S.

QVÆRITVR I. *Quæ potentia iſtarum ſentiat famem, & ſitim; aut guſtus, aut tactus? Et reſpondendum eſt, quòd illa, quæ magis diſponit objectum.*

Quæſt. I. ſenſitivæ.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Quæritur* 2. *Vtrum guſtus ſic ſentiat famem, aut ſitim cum inſtinctu, & appetitu, ſicut viſus coloratum cum colore? Vade ad ſecundam ſpeciem regulæ C. par*te 4. cap. 2. & idem dic de guſtu, quod ibi de intellectu dicitur.

*Quæritur* 3. *Senſitiva, ex quo ſenſat ſenſata? Et reſpondendum eſt, quòd quilibet ſenſus particularis ſenſat ſuum ſenſibile per formam ſpecificam: ſicut ſubjectum coloratum ſubſiſtens chryſtallo colorat ipſam.*

Forma eſt ratio operandi.

*Quæritur* 4. *Vtrum ſenſitiva habeat quantitatem punctualem, & linealem?* Reſpondendum eſt, *quòd ſenſitiva ita citò attingit objectum de longè, ſicut de propè.*

Senſitiva non ſentit diverſitatem loci.

*Quæritur* 5. *Vtrum ſenſitiva ſicut habet ſenſum communem, ſic habeat communē poteſtatē, inſtinctum, & appetitū?*

*Quæritur* 6. *Quid eſt ſenſitiva?*

*Quæritur* 7. *Senſitiva cum quibus eſt communis, & particularis?*

*Quæritur* 8. *Senſitiva, ex quo vivit, & nutritur?*

*Quæritur* 9. *Vtrum ſenſitiva ſit ſenſata? Vade ad ſubjectum ſenſitivæ, part. nona, cap. 6. num.* 152.

220

## SCHOLIVM.

AD 1. quæſtionem dicimus, famem & ſitim ſentiri per guſtum. Ita ſupponitur à Doctore in quæſtione ſecunda. Ad quam dicimus, quód color eſt objectum viſus, vt docet Doctor in Arte magna, part. 9. ſect. 6. cap. 1. *de ſenſitiva, per principia deducta:* inſtinctus autem, & appetitus ſunt principia guſtus. Et nulla potentia poteſt operari abſque inſtinctu, & ap-

Guſtus ſentit famem, & ſitim.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

appetitu, ſicut neque abſque objecto. Id quidem ſignificavit Doctor remittendo quæſtionem ad ſecundam ſpeciem regulæ C. inſtinctus enim, & appetitus excitant *tivum* guſtus, ſicut excitant *tivum* viſus; vt docet Doctor in Arbore ſenſuali, cap. de viſu, dicens: *Per appetitum, potentia viſiva ſe habet ad objectum ſuum proprium, videlicet ad viſibilitatem; color autem viſibilis eſt.* Neceſſaria ad operandum.

Ad 4. dicimus, Doctorem in ſolutione ſignificaſſe quòd ſenſitiva habet quantitatem linealem; ac proinde punctualem: linea enim ex punctis componitur, vt conſtat ex ejus diffinitione, parte 10. cap. 2. forma 43. Senſitiva. Linea cōponitur ex punctis.

Dicit etiã Doctor *in branchis arboris ſenſualis, cap. de viſu, quòd inter potentiã, & objectum datur vna linea continua ſenſualis.* Idem monet, cap. de tactu dicens: *Tactus ſequitur modum aliorum ſenſuum, in ſentiendo, de quibus dictum eſt; videlicet quòd eſt vna linea inter tactivum, & tangibile.* Senſitiva ergo quantitatem habet linealem deſignatam per dictam lineam: habet quoque quantitatem punctualem deſignatam per punctum ſenſus, in quo terminatur ipſa linea.

221 Vbi nota, quòd differentia ſenſuum in ſenſando citò, vel ſerò ſtat in poſitione promptiori, vel tardiori dictæ lineæ: ea enim poſita, ita citò ſenſus attingit objectum de longé, ſicut de propè. Et iſte eſt ſenſus Doctoris in ſolutione data in textu. Differētia ſenſuum.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Principia ſunt generalia.

Ad quintam reſpondemus affirmativè: nam poteſtas, inſtinctus, & appetitus ſunt principia generalia.

Ad ſextam habetur diffinitio ſenſitivæ in textu, parte nona, cap. 6. nu. 152. vbi etiam expreſſè reſpondetur ad ſeptimam quæſtionem, & octavam.

Quies.

Ad nonam dicimus, ſenſatum eſſe proprium finem ſenſitivæ; ac proinde ejuſdem naturæ cum illa: vnumquodque enim plùs quieſcit in hoc, quod egreditur á ſua natura, quám in hoc, quod non egreditur; vt conſtat ex Arte magna, parte 9. ſect. 8. cap. 1. *de elementativa, per principia deducta*, num. 15. Senſitiva ergo eſt ſenſata, quia habet intrinſecum actum: nam ſenſibile intrinſecum dicit potentiam intrinſecam paſſivam; ſenſatum autem dicit actum tali potentiæ correſpondentem. Et nota, ex Arbore ſcientiæ, § 1. de quæſtionibus ramorum Arboris elementalis, *quòd forma eſt ſimplex per actionem, materia autem duplex per paſſionem; vna enim eſt materia intra, quæ eſt de vna & eadem eſſentia cum forma; & alia eſt materia extra, de qua eſt elementatum, vt latiùs dicimus in Lectura ſuper Art. magn. parte 4. cap. 9. de diff. magnitudinis, art. 2. vnumquodque autem plús appetit id, quod eſt de ſuo genere, quàm id, quod eſt de alio genere, ex quæſt. 47. Sent. Lulli.*

Forma eſt ſimplex, materia duplex.

Appetitus

## CAPVT XVIII. DE QVÆSTIONIBVS Vegetativæ.

TEX-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

222 TEXTVS.

*QVÆRITVR I. Vtrum vegetativa agat per ſpeciem ſuam?* Reſpondendum quód ſic. Quæſtio I. de vegetativa.

*Quæritur 2. Vtrum vegetativa habeat aliqua, ratione quorum ſit communis, & particularis, ſicut ſenſitiva?* Habet.

*Quæritur 3. Vtrum quantitas vegetativæ ſit punctualis, vel linealis?* Reſpondendum quód ſic.

*Quæritur 4. Quid eſt vegetativa, & quid habet in ſe-ipſa per ſecundam ſpeciem regulæ C?*

*Quæritur 5. Vegetativa ex quo vivit, & nutritur, & creſcit, & in quo ſubjecto eſt plantata?* Vita.

*Quæritur 6. Quid eſt mors vegetativæ? Vade ad ſubjectum vegetativæ, in quo ſolutiones prædictarum quæſtionum ſunt implicatæ, parte 9. cap. 7. num. 153.* Mors.

*SCHOLIVM.*

EX dictis in ſcholio antecedenti patent facilè ſolutiones ad quæſtiones hìc propoſitas. Ad vberiorem tamen doctrinam leges textum in Arte magna, parte 9. & in Arbore ſcientiæ, Arborem vegetalem.

## CAPVT XIX. DE QVÆSTIONIBVS Elementativæ.

223 TEXTVS.

*QVÆRITVR I. Quid eſt elementativa?* Quæſtio I. de elemẽtativa.

*Quæritur 2. Vtrum elementativa habeat multas ſpecies, ſicut ſenſitiva?*



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Quæritur* 3. *An elementativa habeat ſuos correlativos?*

*Quæritur* 4. *Utrum flamma candelæ elementet ellychnium lampadis in ſeipſa, quando ipſum accendit.*

*Quæritur* 5. *Utrum flamma candelæ ſic accendat ellychnium cum aëre, ſicut viſus ſenſat coloratum cum luce?*

*Quæritur* 6. *Utrum elementativa ſit cauſa ſpecialis longitudinis, latitudinis, profunditatis, & plenitudinis?*

*Quæritur* 7. *Utrum elementativa ſit communis ſpecies elementorum?*

*Quæritur* 8. *Utrum elementativa poſſit eſſe in ſubjecto, elementis ab ipſo remotis?*

*Quæritur* 9. *Vtrum elementativa ſit fons punctorum, linearum, & figurarum?*

*Quæritur* 10. *Vtrum elementativa ſic moveat ſe naturaliter, cum ſuo inſtinctu, & appetitu, levitate, & gravitate, caliditate, & hujuſmodi, ſicut homo ſeipſum artificialiter cum pedibus ſuis?*

Motus naturalis.

*Quæritur* 11. *Utrum elementativa poſſit habere naturam, abſque correlativis ſubſtantialibus?*

*Quæritur* 12. *Vtrum in elementatis elementa ſint actu?*

*Quæritur* 13. *Vtrum ſint duæ caliditates, & duæ ſiccitates, & duæ albedines, & hujuſmodi?*

*Quæritur* 14. *Vtrum elementativa habeat continuam quantitatem per omnia loca, ſub globo lunari? Solutio. Vade ad ſubjectum elementativæ, parte* 9. *cap.* 8. *num.* 154. *& abſtrahes ab eo ſolutiones, cum intellectu conditionato, & artificiato per Artem iſtam.*

*Quæritur* 15. *Utrum ſit quintum elementum? Et reſpon-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*reſpondendum eſt, quòd non: in elementatis enim ſufficiunt quatuor complexiones.*

224 *SCHOLIVM*

AD quæſtionem 1.2. & 3. habetur expreſſé ſolutio in parte nona, capite 8. citato, *de elementativa.* Ad quintam reſpondemus [ & hinc ad 4. n. ſequenti ] quòd nulla participatio eſſe poteſt ſine aliqua concordantia; ideo ignis ſine aëre aquam calefacere non poteſt, vt docet Doctor in arbore quæſtionali, § *de radicibus arboris elementalis*.. Sic etiã neque objectum videri poteſt abſque lumine, nec candelam accendi, aëre deficiente. Vide Doctorem in ſcala, diſt. 3. cap. *de paſſione flammæ.* Et nota, quòd ſicut nimia lux viſionem impedit, ſic exceſſiva aëris agitatio per ventum validum extinguit flammam; ventus autem lentus, & flammæ proportionatus, ipſam multiplicat.

Ignis.

Vehemẽs ſenſibile impedit ſenſum.

225 Ad quartam reſpondemus affirmativè; cum enim flamma flammam generat, ipſam de potentia in actum deducit, & in ſpecie ponit propria. Vide Doctorem in arbore elementali, *de centum formis*, forma 75.

Flamma.

Ad ſextam: reſolutio affirmativa conſtat ex arbore elementali, cap. de trunco. Et in quæſtionali, ibid. § vlt. *vtrum ſit vna generalis quantitas &c.* Patet etiam ex textu relato ſuperiús, num. 154. p. 9. cap.8. *de elementativa.* Docet quoque Magiſter in Arte

mag-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magna, parte nona, ſect. 8. cap. 1. *de elementativa, per principia deducta, num.* 14. *quòd elementativa eſt mediũ existens inter elementa ſimplicia, & elementata; ſicut ſenſus particulares exiſtunt inter ſenſum communem, & ſenſatum*: ſicut ergo ſenſus particulares cauſant ſpeciales diſpoſitiones, ſituationes, & complexiones; ſic elementativa [quæ dicit ſpheras, ſeu quatuor maſſas, quæ ſunt elementa compoſita] eſt cauſa ſpecialis longitudinis, latitudinis, profunditatis, & plenitudinis. Vide dicta in diffinitione medij, parte 4. cap. 14. num. 46.

Elementativa.

Ad ſeptimam dicimus, elementativam eſſe quidem ſpeciem communem ſubjicibilem elementorum ſimplicium; ſpeciem autem prædicabilem elementatorũ reſpectivè; quælibet enim maſſa ſpecialitèr dicitur de elementatis, in quibus prædominium habet.

Elementativa eſt inferior elementis ſimplicibus, ſuperior elementatis.

Ad octavam dicimus, quód inferius non poteſt eſſe ſine ſuperiori; nec ſuperius exiſtit niſi in inferioribus ſuis.

Connexio neceſſaria ſubordinatorum.

Ad nonam reſpondemus affirmativè. Et patet ex ſolutione ad ſextam: elementativa enim principiat diſcretiones, quæ in elementatis terminantur.

Ad decimam reſpondemus affirmativè. Ad 11. negativè. Ad 12. affirmativè. Ad 13. negativè. Vide in Arte magna partem nonam, ſect. 8. nu. 5. 6. 10. 21. 36. & Arborem ſcientiæ, cap. *de branchis arboris elementalis*, vbi vberiorem notitiam habebis.

Ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ad 14. affirmativè reſpondemus cum Doctore in prologo Arboris elementalis: & in Libello chaos: & in Arte magna, part. 9. ſect. 8. cit. num. 29.

Ad 15. dicimus non dari quintum elementum. Id probatur à Doctore in Arbore elementali, cap. de branchis; & in Lectura ſuper tabulam generalem, Ianuæ facta, p. 6. quæſt. 1. & in Arte magna, parte 10. cap. 14. art. 25. num. 133. pag. 377. enumerat quatuor ſpheras, & quintam eſſentiam, nempe cælum. Quinta eſſentia.

## CAPVT XX. DE QVÆSTIONIBVS Inſtrumenti moralis.

226 TEXTVS.

*SVPERIVS jam fecimus quæſtiones inſtrumentalitatis naturalis; hìc autem volumus facere quæſtiones inſtrumentalitatis moralis. Et quæritur* 1. *Quid eſt moralitas? Quæritur* 2. *Quid eſt juſtitia, prudentia &c? Quæritur* 3. *Quid eſt avaritia, gula &c? Vade ad nonum ſubjectum inſtrumentalitatis, & age ſecundùm quod ibi ſignificatum eſt per ejus tractatum, parte* 9. *cap.* 9. Quæſtio 1. de inſtrumentis moralibus

*Quæritur* 4. *Vtrum juſtitia ſit bona? Et reſpondendum eſt, quòd ſic; quia ſi non, tunc injuſtitia non eſſet mala.*

*Quæritur* 5. *Vtrum juſtitia habeat correlativa? Et dicendum eſt, quòd ſic; quia ſi non, jam non poſſet eſſe habitus, neque haberet aliqua, in quibus eſſet ſuſtentata,* Vide num. 231.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*& aſſituata. Et ſicut dicitur de iſtis, ita poßunt fieri quæſtiones de juſtitia, per omnia ſua principia & regulas. Dictum eſt de juſtitia: & ita ſimiliter poteſt dici de alijs habitibus virtuoſis.*

Vitia ſunt principia privativa.

*Quæritur 6. Vtrum vitia ſint ſimpliciter principia privativa? Et reſpondendum eſt, quòd ſic: nam ipſa cum virtutibus nullam convenientiam habent: in virtutibus enim agens, & agibile, & inſtrumentum invicem conveniunt in objecto virtuoſo. Et hæc de moralibus ſufficiant, cauſâ brevitatis; & maximè, quia in Arte magna de ipſis largiùs tractatur.*

## SCHOLIVM.

Inſtrumẽtum naturale, & morale.

227 EGREGIVS Magiſter in parte nona, cap. 9. de inſtrumentativa, num. 155. appellat oculum inſtrumentum naturale: vnde cum capitibus antecedentibus egerit de ſenſibus, & potentijs imaginativæ, vegetativæ, & elementativæ; ideo monet in textu, quæſtiones feciſſe de inſtrumentis naturalibus, nuncque velle de moralibus tractare. De quibus quidem in præſenti breviter agit, fuſé autem in Arte magna: nam parte decima, cap. 14. tractat de novem accidentibus, de Artibus liberalibus, & mechanicis.

228 Sed dices: Nunc dicta adverſari dictis in ſcholio partis nonæ, num. 141. nam ibi ſolúm novem prædicamenta accidentium, ſubſtantijs congenitorum, appellavimus inſtrumenta naturalia:

quomodo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quomodo ergo hìc, ſenſus omnes, & naturales potentias, quæ ſubſtantiæ ſunt, inſtrumenta nuncupavimus?

Subſtantiale, & accidentale.

Reſpondemus, nullam in dictis oppoſitionem dari; eò quia potentiæ naturales appellantur communiter inſtrumenta conjuncta; & nos, cum Doctore alios imitato, potentias ſubſtantiales nuncupavimus inſtrumenta naturalia: ſtrictiús tamen ſolúm accidentia congenita ſunt inſtrumenta naturalia, ſicut in ſcholio citato monuimus. Accidens enim, ex Doctore in Arte magna, parte quarta, capite 3. *de regula D.* num. 16. & quæſt. 5. Sent. eſt inſtrumentum ſubſtantiæ. Quare accidens naturale erit inſtrumentum naturale; accidens morale, inſtrumentum morale; accidens liberale, inſtrumentum liberale; & accidens mechanicum, inſtrumentum mechanicum. De quibus omnibus agit fuſé Doctor in Arte magna, parte nona, decima, & vndecima.

Largè dictum.

Strictè dictum.

Varia inſtrumenta.

229 Dubitabis. Doctor in Arte magna, parte 4. cap. 3. de regula D. num. 19. dicit, *quòd accidens caret ſecunda ſpecie regulæ D.* Et in libro de ſubſtantia, accidente, & compoſito, diſt. 3. cap. de quantitate, per regulas deducta, dicit: *Quantitas caret ſecunda ſpecie regulæ C. quia nihil habet in ſe coëſſentiale, eò quia ſimplex forma eſt: quia ſi haberet aliquid, jam per ſe radices haberet, & ſic eſſet ſubſtantia.* Idem de qualitate docet, diſt. 4. cap. de venatione qualitatis,

An accidens habeat correlativa?



(c) 2006 Ministerio de Cultura

per regulas. Nam quærenti, qualitas quid habet in ſe coëſſentiale? Reſpondet doctor, *quòd nihil; eò quia ſimplex forma eſt ab omni materia denudata.* Et cap. de venatione habitus dicit: *habitus nihil habet in ſe coëſſentiale; eò quia accidens eſt.* Quare manifeſta ſententia Doctoris eſt, quòd accidentia non habent correlativa, ſed carent ſecundâ ſpecie regulæ C. & D, vt monet in Arte magna, parte 5. num. 26. in ſolutione vigeſimæ quæſtionis tabulæ. Quomodo ergo in præſenti, ſolutione ad quintam quæſtionem, reſpondet, quòd juſtitia [quæ accidens eſt] habet correlativa?

Accidens.

230 Reſpõdemus, ex eodẽ Doct. in Arte magna, par. 10. cap. 14. art. 5. de accidente, n. 58. vbi dicit: *Accidens nõ habet correlativa propriè, ſed per accidens; eò quia ſubſtantia eſt ex ipſo habituata, quanta &c.* Et art. 17. de qualitate dicit: *Qualitas applicabilis eſt ad correlativa ſubſtantialia, quæ ex qualitate ſunt habituata, & ipſa qualitas in ipſis correlativis aſſituata.* In libro quoque citato de ſubſtantia, accidente, & compoſito, agens de relatione, actione, paſſione, ſitu, tempore, & loco, aſſignat quid vnumquodque iſtorum habeat in ſe; cum tamen accidentia ſint. Vnde innuit, prædicta accidentia habere correlativa: imò hoc expreſſé tenet in Arte magna, parte 8. ſect. 2. cap. 12. num. 116. dicens, quòd contrarietas habet ſua correlativa accidentalia.

Ratio dubitandi.

231 Hæc vt concordemus, dicendum eſt, ſenten-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſententiam eſſe Doctoris, quòd accidentia non habent correlativa propriè; ſed tantùm per accidens: in ſe enim ſunt ſimplices formæ; non quidem in ſe ſuſtentatæ, ſed in ſubſtantijs; ac proinde ipſis vnitæ. *Bilē*, *& are* ſunt extrinſeca accidentibus; & per conſequens accidentia non habent in ſe intrinſecè, & propriè correlativa, ſed extrinſecè, & per acccidens, quatenùs ſuſtentantur in alijs: hoc eſt accidentia non ſunt ſubjectum vltimatum, ſed tantùm non vltimatum aliorum accidentium, ſicut Scotus probat, 4. diſt. 12. q. 2. num. 14. & recitat, diſt. 49. quæſt 2. num. 16. Reſolutio eſt, quòd habent correlativa per accidens, nō per ſe.

Confirmatur ex eodem textu præſenti. Nam quæſtioni quintæ, *Vtrum juſtitia habeat correlativa?* Reſpondens Doctor affirmativè, rationemque aſſignans dicit: *quia ſi non, jam juſtitia non eſſet habitus, nec haberet aliqua, in quibus eſſet ſuſtentata, & habituata.* Habet ergo juſtitia correlativa, quia habet in quo ſuſtentatur, & ſituatur. Id autem eſt habere correlativa per accidens, non per ſe; vt patet ex dictis.

## CAPVT XXI. DE QVÆSTIONIBVS Centum formarum.

232 TEXTVS.

*QVÆSTIONES centum formarum tot modis fieri poſſunt, quot quælibet forma eſt differens in novem ſubjectis: ſicut* entitas &c. *quæ eſt vna forma in* Quæſtiones cent. form.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Deus eſt vnica cauſa prima.

Deo; & alia in Angelo: & alia in cælo &c. Sicut quando quæritur 1. Vtrum entitas Dei ſit principium ad omnes entitates? Et reſpondendum eſt, quód ſic; eò quia ſua bonitas eſt principium ad omnes bonitates; & ſua magnitudo ad omnes magnitudines; & ſua æternitas ad omnes durationes &c. Hoc autem non poteſt dici de entitate Angeli, cæli &c. Et ideo forma ſecundúm quod eſt diverſa ab alijs, debet diſcurri cũ ſuis principijs, & regulis.

Quæſt. 1. formarũ.

Eſſentia & eſſe convertuntur in Deo, nõ in creatura.

Quæritur 2. Vtrum eſſentia, & eſſe convertantur? Et reſpondendum eſt, quòd in Deo convertuntur; in Deo enim nihil eſt ſuperius, neque inferius: ſed in Angelo, cælo &c. non convertuntur; eò quia eſſe in illis eſt per eſſentiam; & non è converſo: & ideo in talibus eſſentia eſt ſuperiùs, eſſe autem inferius. Quæſtiones per vnum modum poſſunt fieri de vnitate Dei, & per alium de vnitate Angeli, & per alium de vnitate cæli &c. ſicut quando

Productiones in Deo ſunt neceſſariæ

Quæritur 3. Vtrum competat vnitati Dei vnire infinitum? Et reſpondendum eſt, quòd ſic: nam abſque vnire infinito, ipſa vnitas non poſſet eſſe infinita; eò quia ſua poteſtas &c. eſſet finita, & ligata. Et in æternitate eſſet otioſitas: & ſic poſſet dici de Divina bonitate, magnitudine &c. Quod eſt impoſſibile.

Locutio Angelorũ.

Si autem quæratur 4. de vnitate Angeli; Vtrum ei competat vnire? Ad hoc reſpondendum eſt ſecundùm conditiones ſuæ vnitatis; videlicet quòd vnus Angelus cum alio vnit vnum loqui moraliter objectivè, vnum amare, vnum intelligere, vnum bonificare. Non dico, quòd vnus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*vnus Angelus vniat alterum Angelum, quia non poteſt, vt dictum eſt ſupra, cap. 5. de quæſt. quartæ fig. quæſt. 3. num. 189. Neque etiam vnum cælum poteſt vnire alterum cælum; ſed effectivè vnitas cæli cauſat vnitates in inferioribus. De vnitate autem hominis non eſt ſic: nam vnus homo poteſt vnire alium hominem, generando illum. Et ſic de alijs ſuo modo.*

Angelus non eſt de Angelo.

Cælum non eſt de cælo.

Homo generat hominem.

*Quæritur 5. Vtrum in Deo ſit pluralitas? Et reſpondendum eſt, quòd ſic, reſpectu ſuorum correlativorum, per ſecundam ſpeciem regulæ C. ſignificatorum, ſine quibus non poſſet habere in ſe infinitam, & æternam operationem bonificando, magnificando, æternificando &c. Et ſic eſſent ligatæ, & otioſæ ſuæ rationes: quod eſt impoſſibile.*

Perſonæ divinæ ſũt neceſſariò tres, & nõ plures.

*De pluralitate autem Angeli non eſt ſic: nam Angelus eſt compoſitus ex tivis, & bilibus, reſpectu ſimplicitatis Divinæ: & ſimiliter cælum jam eſt magis compoſitum, quàm Angelus: & homo, quàm cælum.*

*Quæritur 6. Vtrum in Deo ſit natura? Et reſpondendum eſt, quòd ſic; vt habeat naturale recolere, intelligere, & amare: Et etiam naturalem bonitatem, magnitudinem &c. Et ipſæ ſint ei rationes naturales, quòd producat bonum infinitum, & æternum, vt competat ei naturare*: hoc eſt Deo Patri per generationem æternam communicare Filio eandem numero naturam: Deoque Patri, & Filio per æternam ſpirationem cõmunicare eandem numero naturam Spiritui Sancto.

Eſſentia divina eſt terminus formalis productionis.

*De natura autem Angelica non eſt ſic; nam finita,*

*&*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*& nova eſt: verumtamen ei competit naturare; eò quia habet ſpecies innatas naturales, cum quibus objectivè, & naturaliter objectat. Et ſic de natura cæli poteſt dici, ſecundùm ſuum modum; & etiam ſecundùm ſua principia, & regulas naturales, & ſpecificas, cum quibus naturaliter, & ſpecificè agit. Et ſic de natura aliorum ſubjectorum poteſt dici ſuo modo.*

Angelus habet ſpecies innatas.

233 *Per ea, quæ ſupra dicta ſunt, poteſt Artiſta facere quæſtiones de centum formis, & ſolvere eas ſecundū quòd quæſtiones diverſimodè pertractantur, & deducuntur per novem ſubjecta, inter ſe differentia, conſervando cuilibet formæ ſuam diffinitionem, quam ſupra dedimus, part. 10. cap. 2. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum ipſe eſt valdè generalis ad faciendū multas quæſtiones, & ſolvendum illas per illum modū, qui eſt in evacuatione tertiæ figuræ, & in multiplicatione quartæ figuræ. Et ideo quis poſſet numerare quæſtiones, & ſolutiones, quæ fieri poſſent? Et hæc de quæſtionibus centum formarum ſufficiant, brevitatis cauſâ.*

Vbertas Artis Lullianæ. Cer. nu. 242. pag. 401.

234 SCHOLIVM.

CIRCA ſolutionem quæſtionis quintæ advertendum 1. quòd Doctor voluit per eam ſignificare in Deo idemtitatem naturæ, eſſentiæ, & numeri dignitatum omnium; ſummamque proinde Dei ſimplicitatem, quæ in nulla creatura reperitur: nam quælibet compoſita eſt ſuo modo, ex varijs eſſentijs, & naturis. Deus ergo ſolùm pluralitatem perſo-

Deus eſt idemtica omnium perfectionū collectio. Cert. nu. 173. pag. 259.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

perſonarum (*ſeu ſimplicium correlativorũ, quibus phraſi Lulliana, & Cardinalis Cuſani ſignificantur Perſonæ Divinæ*) admittit realiter cum ſimplicitate omnimoda: creaturæ autem omnes pluralitatem dicunt naturarum, & aliqualem compoſitionem realem; ſunt tamen aliæ alijs magis compoſitæ, ſicut dicit Doctor in textu. Itaque in Deo eſt vnum ſimplex *Tivũ* tantùm, qui eſt Pater improductus producens: vnũ ſimplex *Bile* tivũ, qui eſt Filius productus producẽs: & vnũ ſimplex *Are* tantúm, qui eſt Spiritus Sanctus productus non producens. In creatura verò quali-bet ſunt plura *tiva*, plura *bilia*, & plura *are*. Et ideo creatura quælibet compoſita eſt ſic, vel ſic realiter.

Deus eſt ſimpliciſſimus, creaturæ omnes compoſitæ.

235 Advertendum 2. quòd naturare competens Angelo, ſolúm eſt ratione virtutis innatæ, quã habet ad deducendũ ſpecies rerum, ipſaſque objectandum. Túm etiam ratione virtutis naturalis ad dirigendum orbem, ſicut diximus in ſcholio cap. 14. notabili 2. num. 209.

Virtus naturalis, & moralis Angeli.

236 Advertendum 3. quòd ſicut à Magiſtro in Libello, Chaos, rubrica 2. dicitur, omnia ſemina cauſalia cteata eſſe in chao, in eodem inſtanti, in quo chaos creatum fuit: & ab eodem exponitur, vt intelligatur, quód dicta ſemina non ponunt aliquid ſuper eſſentiam chaos, ſed ideo dicuntur creata in eo, quia de eo poſſunt omnia tranſmutabilia fieri, per diverſas tranſmutationes; ſic quoque cum dicitur á Doctore, ſpecies rerum concreatas eſſe Angelo;

Semina cauſalia.

Deus eſt natura creatrix. Cert. nu. 137. pag. 193.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Species concreatæ in Angelo

intelligendum eſt, quòd dictæ ſpecies, quoad contingentia non ponunt aliquid ſupra eſſentiam, & naturam Angeli; ſed concreatæ dicuntur, quatenus Angelus virtutem habet naturalem per ſpecies innatas neceſſariorum, ad hauriendum peregrinas ſpecies, ipſaſque in ſuo intrinſeco intelligibili reponendum immediaté, abſque ſenſuum juvamine. Sic Doctorem intelligimus, in q. 64. Sententiarum.

## DE XII. PARTE, QVÆ EST DE Habituatione hujus Artis.

## 237 TEXTVS.

Applicatio.

*HÆC pars eſt de habituatione hujus Artis: & ipſa in tres partes dividitur. Quarum prima eſt de tredecim partibus, in quas hæc Ars dividitur; & illas Artiſta hujus Artis debet habituare, vt ipſe ſciat applicare quæſtionem ad illum locum, ſive loca quæſtioni diſpoſitum, ſivè diſpoſita, ſecundùm materiam quæſtionis.*

*Secunda pars eſt, quòd ipſe habituet modum, & proceſſum textus hujus Artis, tenendo modum textus ad probandum, & ſolvendum quæſtiones peregrinas illo modo, per quem ſunt explicatæ in textu: ſicut vnum exemplum, quòd per aliud eſt exemplificatum, & declaratum.*

Veritas veritate corroboratur.

*Tertia pars eſt, quòd ipſe habeat modum multiplicandi quæſtiones, & ſolutiones ad vnam, & eandem concluſionem; vt per tertiam, & quartam figuram ac*

Vbertas.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Tabulam ſignificatum eſt. Et hæc de habituatione ſufficiant, cauſâ brevitatis*

238 *S C H O L I V M.*

SCIENS Doctor noſter neceſſitatem ſtudij, nec ignorans quanta ſit mortalium labilitas, ferè in omnibus ſuis Artibus, ante finẽ, de habituatione egit; ſic in Arte inventiva veritatis, in Tabula generali, in Arte brevi, & magna. Eſt autem in hoc Doctoris intentio, ſuarum Artium amatores, veritatiſque inquiſitores monere, ne à limine ſolũ Artes ſalutent ſuas, ſed viriliter penetrent, atque radicitùs fundent: ſicut enim fundamentis debilibus magna fulciri fabrica nequit, ſic nec labili artificij Lulliani notitiâ, & crudâ poterit quis ad finẽ Artis devenire. Toto igit' conatu, Auditores amantiſſimi, ſequamur Magiſtri monitũ, ſeu meliùs præceptũ; de habituatione tractemus, quouſque Artem totam corde tenus habeamus; vt ſic facilè implicitis ad explicita deductis, feliciter diſcurramus, peregrinas quæſtiones diſſolvamus, hujuſque infuſæ Artis nobilitatem cunctis audire volentibus demonſtremus.

Modus diſcendi.

Exhortatio.

239 Hoc autem vt inquiramus, & in Arte iſta periti evadamus, debemus quotidie, ex ſalutari monitu, capitis 40. *Introductorij ad artem demonſtrativam*, portionem ſtudij præordinare, atque ſingulis diebus ipſam complere: rationes quoque, quas videbimus, vel audiemus, ad cameras reducere ſecundũ



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Locatio. Artem: nec non eas primó repetere, ſolùm videndo cameras, & poſtea ipſaſmet ſine cameris in corde, vel etiam ore repetere; non quidem de verbo ad verbum, ſed ſententialiter; nec ſemper omninò eodem ordine, quo ſcribitur, vel auditur ratio, repetatur, ſed ordine magis congruo intellectui repetentis.

Memoratio.

Sic equidem laborando diſcemus priùs legere ſecundúm Artem, vt monuimus, ſupra, parte 2. in Scholio capitis 1. De 2. figura, nu. 8. & inde ſcribere, novas rationes invenire & multiplicare, nec non ad omnia reſpondere: ſubjectum namque Artis, ex Doctore noſtro in prologo: & in Arte magna, parte 5. cap. 20. n. 67. in fine, eſt reſpondere de omnibus quæſtionibus, ſuppoſito quòd ſciatur, quid dicitur per nomen.

Lectio artificioſa. Inventio. Multiplicatio. Reſolutio diſcreta.

Id verò vltimum ſtudio jugi, ac librorum lectione frequenti comparandum eſt: quo acquiſito, & benè habituata Arte mirabilem Deum in Illum. Doctore, & inclyto Martyre B. Raymundo Lullo dignoſces: tanta enim tibi dicendi ſimpliciter, diffiniendi, dividendi, & diſcurrendi facundia occurret, vt expertus ſolúm credere poſſis; nec ampliùs miraberis Illuminatum Doctorem, cui Deus tantum præſtare beneficium dignatus eſt, tot mirabiles, hac Arte ductus, ſcripſiſſe libros.

Obſervatio. Vbertas inſtruméntorum ſciendi. Cert. nu. 171. pag. 254.

Modum ſtudendi, & neceſſaria omnia ad vtile ſtudium, ſi deſideras, habebis facilè in Introductorio

Modus ſtudendi.

Artis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Artis demōſtrativæ, attentè legendo capita 40. & 41. & in iſto impedimenta ſtudij recenſentur, vt fugiantur. Quæ omnia Deo duce, ad communẽ vtilitatẽ recopilabimus in Lectura ſuper Artem magnam.

## DE XIII. PARTE, QVÆ EST DE MODO Docendi hanc Artem.

241 TEXTVS.

*PARS iſta dividitur in quatuor partes. Prima eſt, quòd Artiſta benè ſciat Alphabetũ, corde tenus, & Figuras, Diffinitiones, Regulas, atque aſſituationẽ Tabulæ.* Monitum 1. docẽdi.

*Secunda pars eſt, quòd ipſe declaret benè textum Scholaribus rationabiliter, & non liget ſe cum auctoritatibus aliorum. Et quòd ſcholares perlegant textum: & ſi Scholares dubitaverint in aliquo, petant illud ab Artiſta, ſivè Magiſtro.* Authoritates ſunt pōderādæ. Cert. nu. 96. pag. 121.

*Tertia pars eſt, quód Magiſter, ſivè Artiſta faciat quæſtiones coram Scholaribus, & ſolvat eas rationabiliter, ſecundúm Artis proceſſum: nam abſque ratione Artiſta non poteſt bene vti Arte iſta. Vnde ſciendum eſt, quòd hæc Ars tres amicos habet; videlicet ſubtilitatem intellectus, rationem, & bonam intentionem: ſine iſtis quidem tribus nullus hanc Artem addiſcere poteſt.* Conditiones magiſtri, & diſcipuli. Cert. nu. 96. pag. 122.

*Quarta pars eſt, quòd Artiſta faciat Scholaribus quæſtiones, vt ipſi de illis reſpondeant. Et dicat eis, quòd multiplicent rationes ad vnam, & eandem concluſionem. Et adhuc, quòd inveniant loca, quorum ratione ſciant reſpondere, & rationes multiplicare. Si verò Scholares*



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*neſciant reſpondere, neque rationes multiplicare, neque loca invenire; tunc temporis Artiſta, ſive Magiſter doceat Scholares de prædictis.*

## SCHOLIVM.

242 QVATVOR in præſenti monet Doctor, vt patet in textu; & de primo ſatis diximus in Scholio antecedenti. Circa ſecundum quæres: quare Doctor noſter non probat dicta ſua authoritatibus Doctorum, Sanctorum, Conciliorum, nec Scripturæ? Circa authoritates Scripturæ dicimus, ex eodem Doctore in Arte prædicandi, diſt. 2. p. 2. in prologo, id feciſſe, quia in Sacris libris eſt facilis aditus ad dicta rationabilia (*vt ſunt cuncta verè deducta ex Arte*) comprobanda: & idem de Concilijs poteſt dici: quid quód, vt monuimus in ſcholio partis nonæ, n. 142. p. 96. Ars tota deſervit ad intelligendum, & exponendum auctoritates; ſicque potiús data eſt ad veram dictorum intelligentiam, quàm vt ipſa dictis ſit comprobanda: Authoritatibus tamen fide tenendis fulcitur maximè, comparataque, ad ipſarũ firmam intelligentiam juvat, vt contra hæreticos fides defendatur per chatolicos, qui parati eſſe debemus ad ſatisfactionem &c. ex 1. Petri 3. num. 15.

Quare Doctor vix Authoritates referat?

243 Quare, generaliter reſpondendo ad quæſitũ, dicimus cauſam, ob quam Doctor noluit dicta ſua authoritatibus conſtringere, eſt primó, vt appareat

Artem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Artem eſſe omnibus generalem, & ſufficientem ad reſpondendum omni quæſito. Secundò, vt ejus libri eſſent generales ad nationes omnes. Tertió, [ & eſt ratio ipſius Doctoris in libro de diſputatione quinque ſapientum, cap. 1. ] *quia authoritates poſſunt exponi diverſimodé, & de ipſis diverſæ opiniones haberi, & propter ipſarum authoritatum expoſitiones, & opiniones diverſas, verba multiplicantur inter illos, qui diſputant per ipſas; & exinde intellectui confuſio generatur.* Dixit Canoniſta Iacobitæ, vt videre eſt in libro de conceptione, cap. de reductione Canoniſtæ: *quòd authoritates ſunt ſicut cera & malè intellectæ flectuntur ad libitum.*

Reſolutio quæſiti.

Conſonæ expoſitiones Scripturæ ſunt maximé neceſſarię, ne veritas confundatur.

Hinc curandum eſt maximè amatoribus veritatis tis, ne ligent ſe cum vulgaribus authoritatibus aliorum, ſed quærant veram dictorum intelligentiam. Et advertant, ex Divo Hilario, 4. de Trinitate; *quòd intelligētia dictorum, ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res, ſed rei ſermo ſubjectus eſt.* Sēper igitur ponderanda ſunt maximè dicta Doctorum, & rationi concordanda; vt conſtat ex egregio præceptore noſtro in Arte demonſtrativa, diſt. 3. *de modo invenire*, vbi monet, *non eſſe inſiſtendum, abſque ratione neceſſaria dictis Philoſophorum.* Vide dicta in ſcholio partis 10. cap. 1. notab. 2. & 3. pag. 110.

Modus veræ expo ſitionis.

244 In tertio monito dicit Doctor, curandum quidem eſſe Artiſtæ, vt quæſtiones ſolvat rationabiliter; hoc eſt rationes formet, ſeu aſſignet de om-

Dicta Philoſophorū ponderanda, & examinanda. Cert. n. 2. pag. 2.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

omnibus dictis ſuis. Ad id autem tria requiruntur; ſcilicet ſubtilitas intellectus in formalizando: ratio, ſivè prõptus diſcurſus in colligẽdo:& intentio bona in dirigendo omnia ad honorẽ, laudẽ, & gloriã Dei.

Tres conditiones Artiſtæ.

Vbi hæc nota (& pro poſſe obſerva) ex Doctore, in Compendio artis demonſtrativæ, diſt. 2. parte 2. regularum § *vndecima. Cum Ars iſta ſit invẽta ad honorem Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, qui ſunt vnus Deus; ideo principalius objectum hujus Artis eſt ipſe Deus; & per conſequens ratione ipſius alia objecta inferiora in Arte tractantur. Idcirco regulatur ad hoc Ars iſta, quòd Artiſta principaliter hac Arte, propter Deũ debet vti, vt finis hujus Artis auxilietur ei, & dirigat ad principia, & media ipſius finis. Sit ergo Artiſta virtuoſus, prudens, verax, timidus (hoc eſt timoratæ conſcientiæ) audax, largus, benevolus, hilaris, pudicus, pacificus, diligens, benè diſpoſitus, & devotus: & ſic de alijs hujuſmodi: qui quidem,* Artiſta, *niſi ſic ſit, finis Artis eſt contra illum: nam qui caret principijs, & medijs, eſt penitùs extra finẽ.* Hinc patet, quòd virtutes prædictæ ſunt principia, & media hujus Artis ad ſuum conſequendum finem, ſcilicet Deum. Dignum ſanè Venerabilis Magiſtri, & Illuminati Doctoris monitum, ad vnguem obſervandum: conſonum namque eſt præcepto Apoſtoli ad Thimot. 3. perfectionẽ chriſtianam deſcribentis.

Deus.

Conditio tertia diffuſa.

Ad quartum monitum venit commune dictum: *hoc opus, hic labor*: ſed vſu jugi, & diligenti conatu

facilis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

facilis erit aditus bené habituantibus Artem iſtam: nam aliàs impoſſibilis eſt. Vt autem ad reductionem implicatorum ad explicita Artis aliqualem aperiamus viam, tradendum duximus quæ implicantur in ſingulis regulis, & quæ cognata, ſynonyma, & conſona; vel diſſona, extranea, & repugnantia ſunt principijs: non quidem omnia, ſed decẽ, pro quolibet principio trademus conſona, & totidẽ diſſona, quibus vtimur; vt inde lectori in varijs materijs erudito, ad alia facilior ſit acceſſus. Vide Introductorium Arboris ſcientiæ, hiſpana lingua impreſſę, fol. 8. Et Digeſtũ ſapientiæ Ivon. Capucini.

Labor omnia vincit.

Diſſona per defectum, vel exceſſum.

Zepeda, Ivo. Cert. num. 250.

246 *De implicatis in regulis.*

IN regula *Vtrum* implicantur dubitatio, affirmatio, negatio. In regula *Quid* implicãtur abſolutũ, relativũ, intrinſecum, extrinſecum, ſubſtantiale, & accidentale. In regula *De quo* implicantur primitivum, derivativum, poſſeſſivum. In regula *Quare* implicantur efficiens, idea, forma, materia, vnio, finis, actio, paſſio. In regula *Quantum* implicantur continuũ, contiguũ, diſcretũ. In regula *Quale* implicantur propriũ, appropriatũ, aſcitum. In regula *Quando* implicantur æternũ, æviternũ, temporale, præſens, præteritũ, futurũ. In regula *Vbi* implicantur ſuperius, inferius, dextrũ, ſiniſtrum, ante, retro. In regula *Quomodo* implicantur modus, totũ, pars. In regula *Cum quo* implicantur inſtrumentum, totum, pars. Hæc notaſſe ſufficiant, quæ in Lectura ſuper Artem magnam expenduntur.

Implicata in regulis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Bonitatis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Convenientia, | Impertinentia, |
| Vtilitas, | Damnum, |
| Decentia, | Iniquitas, |
| Conformitas, | Perverſitas, |
| Neceſſitas, | Malitia, |
| Honeſtas, | Crudelitas, |
| Nobilitas, | Horribilitas, |
| Sanctitas, | Peſtis, |
| Religioſitas, | Prophanitas, |
| Defæcatio. | Malignitas. |

## Magnitudinis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Sufficientia, | Egeſtas, |
| Latitudo, | Anguſtia, |
| Diffuſio. | Miſeria, |
| Fœcunditas, | Sterilitas, |
| Abundantia, | Effœtatio, |
| Immenſitas, | Aporiatio, |
| Copia, | Vulgaritas, |
| Sublimitas, | Diminutio, |
| Altitudo, | Abjectio, |
| Majeſtas. | Vilitas. |

## Durationis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Permanentia, | Privatio, |
| Conſtantia, | Alteratio, |
| Stabilitas, | Diſſolubilitas, |
| Firmitas, | Fluibilitas, |
| Perpetuitas. | Labilitas, |
| Perſeverantia, | Levitas, |
| Soliditas, | Inconſtantia, |
| Æternitas, | Momentum, |
| Motus, | Ocioſitas, |
| Vita. | Tranſitus. |

## Poteſtatis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Vigor, | Fragilitas, |
| Energia, | Tepiditas, |
| Valor, | Puſillanimitas, |
| Fortitudo, | Laſſitudo, |
| Animoſitas, | Debilitas, |
| Nervoſitas, | Imbecillitas, |
| Facultas, | Prohibitio, |
| Robur. | Servitus, |
| Libertas, | Coactio, |
| Violentia. | Impotentia. |

## Sapientiæ

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Intellectus, | Stoliditas, |
| Diſcretio, | Fatuitas, |
| Prudentia, | Amentia, |
| Providentia, | Error, |
| Ratio, | Negligentia, |
| Conſilium, | Ignorantia, |
| Subtilitas, | Stultitia, |
| Scrutatio, | Præſumptio, |
| Perſpicuitas, | Verſutia, |
| Reſolutio. | Væcordia. |

## Voluntatis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Spontaneum, | Ocium boni, |
| Appetitus, | Nauſea, |
| Deſiderium, | Odium, |
| Efflagitatio, | Deſpectio, |
| Amor, | Inimicitia, |
| Fervor, | Furor. |
| Conatus, | Sævitia, |
| Ardor, | Frigiditas, |
| Favor, | Zelotypia, |
| Affectio. | Diffidētia. |

Vir-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Virtutis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Rectitudo, | Vitium, |
| Iuſtitia, | Obliquitas, |
| Ordinatio, | Irregularitas, |
| Regula, | Figmentum. |
| Lex, | Cavillum, |
| Idea, | Tortuoſitas, |
| Humilitas, | Superbia, |
| Modeſtia, | Deſpectus, |
| Compoſitio, | Irreverentia, |
| Formoſitas. | Indignitas. |

## Veritatis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Conſonantia, | Falſitas, |
| Certitudo, | Simulatio, |
| Evidentia, | Doloſitas, |
| Affirmatio, | Dubitatio, |
| Beatificatio, | Variatio. |
| Deieratio, | Peieratio, |
| Sinceritas, | Hypocriſis, |
| Confeſſio, | Deceptio, |
| Securitas, | Trepidatio, |
| Correctio. | Verſutia. |

## Gloriæ

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Delectatio, | Lamentum, |
| Iucunditas, | Iuſtitia, |
| Solatium, | Afflictio, |
| Quies, | Mæſtitia, |
| Proſperitas, | Vaſtatio, |
| Felicitas, | Fluctuatio, |
| Victoria, | Infamia, |
| Cantus, | Luctus, |
| Triumphus, | Contumelia, |
| Corona. | Vituperium. |

## Differentiæ

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Alitas, | Idemtitas, |
| Diviſio, | Continuatio, |
| Diſtinctio, | Vnitas, |
| Claritas, | Obſcuritas, |
| Segregatio, | Adunatio, |
| Impermixtio, | Confuſio, |
| Diſtributio, | Abſtractio, |
| Multiplicatio, | Solitas, |
| Diverſitas, | Communitas, |
| Pluralitas. | Deſeitas. |

## Concordantiæ

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Pluriunitas, | Incompoſſibilitas, |
| Collectio, | Singularitas, |
| Amicitia, | Diſcordia, |
| Similitudo, | Pugna, |
| Proportio, | Monſtruoſitas, |
| Harmonia, | Diſſonantia, |
| Propinquitas, | Extraneitas, |
| Congregatio, | Seditio, |
| Sympathia, | Antipathia, |
| Sodalitas. | Averſio. |

## Contrarietatis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Oppoſitio, | Conſenſus, |
| Repugnantia, | Auxilium, |
| Contradictio, | Subjectio, |
| Diſceptatio, | Suffragatio, |
| Abdicatio, | Vocatio, |
| Reſiſtentia, | Conſiſtentia, |
| Diſſidium, | Correſpondētia, |
| Conjuratio, | Iugatio, |
| Rebellio, | Diſciplina, |
| Recalcitratio. | Subjugatio. |

Prin-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Principij

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Prioritas, | Poſterioritas, |
| Fontalitas, | Succeſſio, |
| Primitivitas, | Genitura, |
| Igniculus, | Progreſſus, |
| Fodina, | Terminatio, |
| Exordium, | Peroratio, |
| Simplicitas, | Compoſitio, |
| Abſolutio, | Reſpectus, |
| Subſtantialitas, | Accidentalitas, |
| Naturalitas. | Moralitas. |

## Medij

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Neutralitas, | Determinatio, |
| Ligamen, | Diſſolutio, |
| Temperantia, | Exeſus, |
| Diſpoſitio, | Impedimentum, |
| Digeſtio, | Diſjunctio, |
| Pertinentia, | Deſiſtentia, |
| Plantatio. | Eradicatio, |
| Argumentum, | Deviatio, |
| Via, | Obſtaculum, |
| Centrum. | Periferia. |

## Finis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Vltimitas, | Commigratio, |
| Conſumatio, | Caſus, |
| Poſſeſſio, | Perditio, |
| Conſecutio, | Deluſio, |
| Fruitio, | Pœna, |
| Perfectio, | Suſpenſio, |
| Fructus, | Defectus, |
| Beatitudo, | Damnatio, |
| Saturitas, | Fames, |
| Iubilatio. | Stridor. |

## Majoritatis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Exceſſus, | Deficientia, |
| Præſtantia, | Inferioritas, |
| Excellentia, | Suſpicio, |
| Dominatio, | Subjectio, |
| Serenitas, | Perturbatio, |
| Eminentia, | Vulgaritas, |
| Dignitas, | Nullitas, |
| Elevatio, | Oppreſſio, |
| Superioritas, | Obedientia, |
| Gubernatio. | Interitus. |

## Æqualitatis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Tantiparitas, | Diſparitas, |
| Adęquatio, | Diſtantia, |
| Adhæſio, | Superfluitas, |
| Æquiparantia, | Elatio, |
| Plenitudo, | Vacuitas, |
| Satisfactio, | Debitum, |
| Convertibilitas, | Subordinatio, |
| Communicatio, | Participatio, |
| Condignitas, | Congruitas, |
| Cõmenſuratio. | Reſultantia. |

## Minoritatis

| *Cognata.* | *Diſſona.* |
|---|---|
| Parvitas, | Arrogantia, |
| Paupertas, | Opulentia, |
| Inopia, | Audacia, |
| Conſumptio, | Redundantia, |
| Exinanitio, | Vanitas, |
| Pacificatio, | Contentio, |
| Suavitas, | Terribilitas, |
| Benignitas, | Aſperitas, |
| Manſuetudo, | Ruſticitas, |
| Vrbanitas, | Scurrilitas. |



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*AD honorem, & laudem Dei, & publicæ vtilitatis finivit Raymundus Lull hunc librum Piſis, in monaſterio Sancti Dominici, menſe Ianuarij, anno 1307. Incarnationis Domini Noſtri Ieſu-Chriſti; cui ſit laus, & honor per infinita ſæcula ſæculorum Amen.* Finis Artis

249 *SCHOLIVM.*

OBSERVAT Doctor vbique in libris ſuis quæ ex ipſo præmonuimus in ſcholio antecedenti, num. 244. verſu, *vbi hæc nota*; dirigit enim dicta ſua omnia primò ad honorẽ, & laudem Dei, ſecundò ad vtilitatem publicam: in quo zelum ardentiſſimæ charitatis oſtendit, & commune bonum deſiderat. Faxit Deus, vt quæ nos, ad majorem Artis brevis intelligentiam addidimus, in Dei gloriam cedant, & cunctis proſint. Ea quidem Almæ matris Eccleſiæ, & doctiorum correctioni humiliter ſubjicimus; Doctoſque viros omnes, ex toto corde precamur, ne libros Egregij Præceptoris noſtri inviſos contemnant, ſed pro oportunitate introſpiciant, & quæ nos omiſimus, dexteritate ingeniorum ſuorum ſuppleant. Zelus Doctoris. Proteſtatio Auctoris.

250 Cæterùm, quia in noſtris ſcholijs nihil de formali ſyllogizatione tetigimus, & à multis facilior & brevior argumentandi forma deſideratur, quám obſervata Peripateticis: vix enim eſt, qui inter arguendum attendere poſſit ad tot figuras, & modos; ideo Metamorphoſim quandam logicam, nemini deſpiciendam offerimus, quâ primatus formæ Facilis diſcurrendi modus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

platonicæ propugnatur, & ex ſola ſubjectæ materiæ exigentia, paralogyſmi omnes deteguntur. Videatur *Certamen de Arte inveniendi medium*, num. 42. 57. 148. & alijs in Metamorphoſi logica reformata inferiús indicandis.

# ERRATA.

*QVÆ in hac Arte brevi, & Scholijs ocurrent errata, facillimè dignoſcentur, & emendari poterunt: quia verò in Arte magna, Palmæ Balearium impreſſa, anno 1645. vltra ibi notata, alia cognitu difficiliora irrepſerunt, illa nunc advertere viſum fuit, vt Lector benignus corrigere dignetur.*

*Pag. 29. in multis cameris Tabulæ generalis deeſt* K. *& calamo ſuppleri debet. Pag. 235. nu. 24. cap. 9. leges, cap. 1. Pag. 258. initio leges, rem planetarum, & octavæ Sphæræ. Et in isto. Pag. 281. nu. 17. lin. 1. fidem. Leges, veritatem. Pag. 307. num. 200. lin. 4. abſentia auditus. Leges, abſentia diei; & ſurditas eſt abſentia auditus. Pag. 341. lin. 9. ex ipſis. leges, in ipſis.*

INDEX

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# INDEX RERVM, QVÆ IN ARTE BREVI, ET SCHOLIIS CONTINENTVR.

NVMERVS PAGINAM INDICAT.

## A.


ABSTRACTIO ſpecierum. 145. *Abſtractum* eſt ratio agendi, ſeu terminandi. 23. 27. 32. Vltimatum. 143.

*Accidens*. 120. *Accidentia* ſunt priùs in habitu, quàm in actu. 118. An habeant correlativa? 171. &c.

*Actio*. 120. *Actus*. 124. Recipitur in potentia, & ei correſpondet. 142. 43. 44. *Actus* in Deo ſunt æquales. 130. 37.

*Affatus* eſt ſenſus. 103.

*Agentia*. 124.

*Alphabetum* quomodò ſciendũ? 3. Ejus vtilitas, & neceſſitas. 2. 3. 4. *Alteratio*. 123.

*Angelus* non eſt de Angelo. 53. 137. 75. Eſt major homine. 99. 132. Creatus de novo. 60. Habet ſpecies innatas. 176. Concreatas. 178. Quomodò cõpoſitus? 151. Loquat? 174. Solus non movet cælum. 152. Eſt de ſeipſo primitivè, Dei poſſeſſivè. 151. In orbe motor. 153. Angelos eſſe probatur. 150. Eorum virtus naturalis, & moralis. 177.

*Anima* generaliſſimè dicta. 154. Rationalis eſt vna, cũ corpore cõponens hominẽ. 155. Potẽtias inferiores perficit. 160.

*Antecedens*. 124.

*Appetitus*. 121. Eſt principium guſtus. 163.

*Applicatio*. 93. 106. Diffinitur. 108. Habituatur. 178.

*Apprehenſio*. *Arithmetica*. 124.

*Ars* magna. 105. Brevis eſt magis compendioſa. 136. Ejus finis, ſubjectum, diviſio. 1. Perfectio. 109. Finis 189. Objectũ. 184. Vbertas. 178. 180.

*Artiſta*. 19. Vincit ſophiſtã. 80.

*Aſtronomia*. 124.

*Authoritates* quomodo exponendæ? 96. Ponderandæ? 181. 183. Quare non adducantur in Arte. 182.

*Axioma* logicum. 95.


## B.


BONITAS diffinitur. 23. 75. Per minoritatem eſt circa nihil. 41. Subſtantialis, & accidentalis. 25. 90. Quæſtiones ejus. 135.


## C.


CAMERA cameram adjuvat. 15. 17. 108. Quot cameræ, tot columnæ. 69. Variata variãtur cõditiones. 81.

*Capacitas*. 124. *Cauſa* eſt prior ſuo effectu. 115. Prima eſt vna, & non plures. 131.

*Centrum* diſcurſus. 84. 85.

*Centum* formæ. 119. Numerãtur, & diffiniuntur. 120. &c. Variæ in varijs materijs ſunt neceſſa-


(c) 2006 Ministerio de Cultura

neceſſariæ. 125. Quæſt. 173.
*Cælum* eſt novum. 100. Non eſt de cælo. 175. Eſt compoſitum; movetur circulariter á propria forma, & ab Angelo. 152. Influit in inferiora. 153.
*Charitas* regulat voluntatẽ. 51.
*Circulatio* principiorum. 90. *Circulus.* 122.
*Color* 122. Eſt objectum viſus, non ſubſtantia. 155.
*Combinatio* mutua. 17. 89. Columnarum. 68. Significatorum ſingularum camerarum. 78. Eſt potiſſimum inſtrumentũ ſciendi. 89.
*Comparationes* diverſæ. 41. 44.
*Compendium* reſolutionum. 128.
*Compoſitio.* 120. *Cõprehenſio.* 124.
*Concordantia* diffinitur. 32. Eſt major contrarietate. 131. 33. 35. Verſat̃ inter diſtincta. 148.
*Concretum* dicit formam in ſubjecto. 50. Eſt agens, ſeu terminans. 32.
*Conditiones* termini ſervandæ. 17. 80. 86. 109. Vnde ſumantur. 85.
*Conditiones* diſcurrendi. 93. Magiſtri, & diſcipuli. 181. Artiſtæ. 184. Specierum reg. C. 49. *V. Regula.*
*Conſcientia.* 125. *Conſenſus* diſputantium. 126. *Conſequens.* 124.
*Conſilium.* 123. *Contrarietas* diffinitur. 33. Eſt accidens. 42. 43. Non reperitur in Deo. 147. Naturalis. 89. 91.
*Contractionis* ordo. 114. *Contractiones.* 87.
*Converſio* neceſſaria in Deo: non reperitur in creatura; & quare. 129.
*Corpus.* 122. Hominis eſt fluxibile. 157. *Corruptio.* 124.
*Correlativa* innata ſubſtantialia. 28. 34. 36. 37. 64. Fugant. ocioſitatem. 49. 143.
*Creatio.* 123.
*Creatura* non poteſt eſſe ab æterno. 111.

## D.

DECEPTIO. 124.
*Declaratio.* 123.
*Derivatio.* 122.
*Demonſtrario* multiplex. 56. 132. Potiſſima. 144.
*Deus* eſt ipſa bonitas, &c. 139. Æqualiter eſt, & agit in ſeipſo 150. Eſt vnica cauſa prima. 174. Idemtica perfectionum collectio. 176. Simpliciſſimus &c. 177. Natura creatrix. Ibid. Objectum principalius Artis generalis. 184. Cognoſcitur á nobis; & quomodo. 154. Eſt ſummè perfectus, 12. 97. 98. 137. 46, Major creaturis. 38. 133. Dominus mundi. 53. Objectum æqualiter animæ. 56. 99. Ei eſt proprium creare &c. 59. 150. Paternitate generat, non Deitate. 109. In Deo ſunt correlativa, non datur accidens. 98. Eſt omnium principium, & finis. 115. Ocioſitatem non patitur. 130. Ejus dignitates quomodo diſtinguantur. 31. Habent

actum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

actum intrinſecũ. 47. Dicuntur ad convertentiam. 55. 59. Sunt æquales. 129. Omnes cõcurrunt ad proceſſiones. 137.
*Dictiones, objectivè, & ſubjectivè* explicantur. 70.
*Differentia* diffinitur. 31. Eſt magis generalis. 130. Ejus perfectio. 133. Majoritas. 134.
*Differentia* ſenſuum 163.
*Diffinitio* per agentiam. 30. Potiſſima. 50. 131. Eſt lumen intellectus. 95. 97. 109. Sequitur conditionem diffiniti. 86. Varijs modis fit. 50. 75.
*Diffuſio.* 121.
*Digeſtio.* ibid.
*Diſpoſitio.* ibid.
*Diſputatio* quomodo reſolvenda. 96.
*Diſtinctio* formalis. 110. Realis inter producens, & productum. 156. Diſtinctio rerum. 143.
*Diviſio*, & ſpecies triangulorum fig. ſecundæ. 8. &c.
*Duratio* diffinitur. 25.

E.

*ELEMENTA* manent in mixto. 33. 104. *Elementativa* habet punctos &c. 104. Eſt medium; & quomodo. 168.
*Ens in potentia.* 122. *Entitas.* 120.
*Eſſentia.* 120. Convertitur cum eſſe in Deo. 174. Tota inquiritur per primam ſpeciem reg. D. 53. Divina eſt terminus formalis productionis. 175.
*Evacuationes* variæ. 72. &c. Generales. 74. &c. Vberiores. 77.
*Exhortatio* Auctoris. 179.
*Exiſtentia.* 124. *Expulſio.* 122.

Æ.

*ÆQVALITAS* potentiarum, & actuum in objecto. 10. 38. 54. 56. 132. 140. 43. Perfectiſſima in Deo. 38.
*Æquivocatio* fugienda; & quomodo. 126.

F.

*FLAMMA* flammam generat; & quomodo. 167.
*Fides* antecedit ſcientiam. 141. Conſiſtunt ſimul. 144.
*Figura.* 122. Prima eſt circularis; & quare. 4. 6. Eſt generalis. 5. Diffinitur. 6. Ejus vſus, & fructus. Denominatur. per A. ibid.
*Figura* ſecunda eſt generalis. 7. Inſtrumentalis. 10. Neceſſaria. 13. Definitur. 11. Dividitur in tres triangulos; & quilibet in tres ſpecies. 8. Denominatur per T. 7. Vltra triangulos viridem, rubeum, & croceum, in *vltima Arte* expreſſos, continet duos alios in *Arte Demonſtrativa*: Videlicet *Lividum* (qui ſub *Differentia* cõtinet tres terminos ſequentes, *Dignitates, Eſſentia, vnitas.* Sub *Concordantia* continet alios; videlicet



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Intellectualis, Animalis, Senſualis.* Sub cõtrarietate alios; népe *Artificialis, Intellectualis, Naturalis*) & nigrum, qui continet dubitationem, affirmationem, & negationé. Ponitur que ſub quolibet angulo, *Poſſibilis, Impoſſibilis: Non entis: Entis.* De iſtis enim problemmata proponuntur, & reſolvuntur.

*Figura* tertia eſt compoſita ex prima, & ſecunda. 14. Diffinitur. 16. Ejus vſus triplex. 17. Evacuatio. 72. &c.

*Figura* quarta tres habet circulos. 17. Continet tertiam. 84. Ejus vbertas, & conditio. 18. 21. Diffinitur. 20. Multiplicatio, 79. &c. Vberior. 82.

*Figurarum* fructus. 20. *Filius* generatur á parentibus. 158.

*Finis* poſitivus diffinitur. 36. Generaliſſimè 37. Proprius eſt vltimus. 131. Cæli. 154. Hominis. 156.

*Forma.* 120. Eſt ratio operandi. 162. Simplex: materia duplex. 164. Quando corrumpitur, privatur actu. 124.

*Formæ* cælorum, & elementorum concreatæ cum materia. 119.

*Fortuna.* 123.

## G.

GENERALE omnino. 86. Generales rectitudines. 122.

*Generatio* vnius eſt corruptio alterius. 26. Generatio divina &c. 138.

*Genus.* 120. *Geometria.* 124.

*Gloria* diffinitur. 31.

*Gradus* ſubjectorum. 91. 93. 85.

*Grammatica.* 125.

*Gratia* non eſt ex meritis. 123.

*Guſtus* ſentit famẽ, & ſitim. 162.

## H.

HABITVS. 120. *Homo* per peccatum minoratur. 41. Non agit ſeipſum. 155. Componitur ex anima, & corpore. 51. 53. 157. Habet corpus fluxibile. 157. Eſt centrum animantium. 94. Major pars mundi. 101. Ejus differentia &c. à Leone. 130. Finis. 156. Vita & mors. 155.

*Honor.* 124.

*Humidum* radicale vivit de nutrimentali; & quomodo. 157.

## I.

IDEA. 122. *Ignis* ſine aëre non calefacit aquam. 167.

*Illuminatio* fit ſucceſſivè: ſucceſſio non ſentitur &c. 116.

*Imaginativa* abſtrahit ſpecies, &c. 101. Deſervit ſcientiæ. 160. Nimia impedit intellectũ. 161.

*Immobilitas.* 121. *Individuitas* 120.

*Inferiùs* non poteſt eſſe ſine ſuperiori; nec ſuperius exiſtit niſi in inferioribus. 168.

*Infinitas.* 124. *Inſtans* duplex; ſenſibilis, & inſenſibilis. 118.

Inſ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Inſtinctus.* 121. Naturam dirigit. 160. Eſt principiũ guſtus. 163.
*Inſtrumentalitas.* 53. Varia inſtrumenta. 95. 171. Naturalia, & moralia. 104. 70. Quæſtiones de inſtrumẽtis moralibus. 169.
*Intellectus* quomodo ſit vniverſalis. 136. 41. 48. Per ſuppoſitionem eſt patiens. 142. Diſtinguitur realiter à memoria. 155. 58. Dubitando laborat. 47. Quieſcit in fide, & ſcientia. 47. 74. Quomodo practicus. 48. 51. 57. Quantus. 56. Varias recipit ſpecies. 54. Proponit. 51. Creatus de novo. 60. Diffuſus, nõ cõcluſus. 61. Habet duplex intelligere. 58. Quomodo intelligat. 62. 65. Colligat. 68. Diſcurrat. 73. 82. Ejus generalitas. 18. Potentiæ. 28.
*Inventio.* 124. 80. Medij. 18. 20. 22. 66.
*Ius.* 125. *Iuvamen* mutuum. 17. 22. 23. 24. 25. 27. 108. 109. 149. Potentiarum. 145.

## L.

LABIVM commune ſervandum. 97. 123. 26. *Labor* omnia vincit. 185.
*Lectio* artificioſa. 180. *Leges* non ſunt nimis multiplicandæ. 83.
*Libertas* hominis. 40. Liberum arbitrium &c. 145.
*Ligamen* naturæ. 89. *Linea* componitur ex punctis. 122. 63.
*Locatio* artificioſa. 180.
*Locus.* 62. Eſt duplex. 121. Locus communis. 98. 128.
*Lumen* intellectus. 98.

## M.

MAGNITVDO diffinitur. 24. Subſtantialis eſt per correlativa. 147.
*Malitia* quomodo ſit. 40.
*Majoritas* diffinitur. 37.
*Materia.* 120. Prima. 70. 71. Materialitas. 53.
*Medicina.* 125. *Memoria. Mercatura. Militia.* Ibid. *Metaphyſica.* 122. *Medium* diffinitur. 35. Non datur inter eſſentiam, & eſſe. 50. Ejus quantitas. 131. Inquiſitio. 4. 14, Inventio. 8. 84. Conditio. 22.
*Minoritas* eſt conſumptiva per ſe, non per bonitatem &c. 39.
*Miraculum* eſt reſtitutio amiſſæ potentiæ: actus potentiæ reſtitutæ ſunt naturales. 72.
*Miſericordia.* 123.
*Mixtio* eſt potiſſimum inſtrumentum ſciendi. 85. Ejus varietas. 78. Graduatio. 85.
*Modalitatis* regula. 63.
*Monita* obſervanda. 181. &c.
*Modus* legendi ſecundúm Artẽ. 7. 180. Diſcurrendi. 20. 48. 63. 70. 127. Diſcendi. 179. Studendi, memorandi, multiplicadi, reſolvendi. 180. Exponendi. 183.
*Moralitas.* 125.
*Monſtruoſitas.* 122.
*Motus.* 117. Eſt actus activi, & paſſivi



(c) 2006 Ministerio de Cultura

paſſivi. 121. Naturalis, & artificialis. 166. *Mundus* non eſt æternus. 146. *Muſica*. 124.

N.

*NATVRA*. 120. Natum, & innatum diſtinguũtur. 123.
*Navigatio*. 125. *Neceſſitas*. 123. Diffinitionum. 41.
*Neceſſarium* eſt quod non poteſt aliter ſe habere. 123. Vide Certamen, verbo, *Neceſſarium*. Quod eſt, dum eſt, neceſſariò eſt. 151. Neceſſaria ad operandum. 163. N*omina* omnia ſunt formæ. 126. In varijs materijs varia nomina ſunt neceſſaria. 125. *Nutritio* quomodo fiat. 156. 57.

O.

*OBIECTIVE*, & ſubjectivè quid ſignificent. 70. Objectum, & ſubjectum ſunt idem. 124. Fortiús attingitur á potentia propria, quám aliena. 161.
*Obſervatio* præmittenda. 180.
*Oratio*. 125. *Ordinatio*. 123. *Ordo* diffinitur. 113. Cõtrahitur. 114. Ordo procedẽdi, & diſcurrẽdi. 46. 48. 158. Servandus. 128.

P.

*PARS* eſt ſui totius. 52.
*Paſſio*. 120.
*Peccatum* repugnat fini eſſendi. 132. quæſtione nona.
*Perfectio*. 123.
*Perſonæ* divinæ ſunt neceſſariò tres, & non plures. 175.
*Petreitas* &c. 88.
*Phantaſma*. 121. *Philoſophia*. 124.
*Plenitudo*. 121.
*Pluralitas*. 120. *Politica*. 125.
*Potentia*. 124. Dei abſoluta, & ordinaria. 151. Potentia eſt ratione materiæ. 118. Potentiæ inferiores non agunt in ſuperiores. 159.
*Poteſtas* diffinitur. 26.
*Practica* Artis generalis. 70. 72. 107. &c. Diſcurrendi. 148. Combinandi. 147.
*Prædeſtinatio*. 123.
*Prædicamenta* accidentium. 95.
*Prædicatio*. 125.
*Præmiſſæ* ſunt cauſæ concluſionis; & è converſo. 124.
*Principium* eſt generale. 34. Maximè neceſſarium. 110. Diſtinguendi non eſt principiũ conveniendi. 113.
*Principia* Lulliana ſunt ſpecula ad proſpiciendum omnia. 43. 70. Vno tacto tanguntur reliqua. 81. Subſtantialia, & accidentalia. 42. 90. Generalia. 164. Eorum connexio. 15. 143. Mutuum juvamen. 144. Vltimata abſtractio. 143. Cognata, & diſſona. 186. &c. Quodlibet eſt in ſe generale; in alio fit ſpeciale. 32. Specificantur mutuó. 149. Reſpectiva diſponuntur triangulariter; & quare. 12.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Privatio*. 124. Deficit, non perficit. 37. Quomodo ſint privativa. 39. Diſtinguantur. 40.
*Productiones* in Deo ſunt neceſſariæ. 174. Producens diſtinguitur realiter à producto. 156.
*Proprietas*. 120. Proprietates ſunt poſteriores differētiâ. 144. Perſonales ſūt Deo intrinſecæ. 150.
*Proteſtatio* Auctoris. 189.
*Pulchritudo*. 122. *Punctuitas*. 122.

Q.

QVADRANGVLVS 122.
*Qualitas*. 120. Intellectus. 58.
*Quantitas*. 120. Intellectus eſt ſpiritualis, non corporalis. 56. 59. 61. Diſcreta oritur á continua. 57.
*Quatuor* Sphæræ ſunt medium fluxus, & refluxus. 35. 36.
*Quæſtiones* omnes reducuntur ad decem. 44. Lullianæ quare vocentur Regulæ? 44. 45.
*Quid* nominis eſt ſupponēdū. 88.
*Quies* rerum. 164. *Quinta* eſſentia e ſtcælum. 35. 169.

R.

RECEPTIO. 121.
*Reductio* impliciti ad explicitum. 7.
*Regimen*. 125.
*Regulæ* Lullianæ dicuntur quæſt. & quare. 44. Continent locos communes. 92. Alias regulas. 96. Varia implicant. 185. Sunt vaſa ad omnia intelligibilia, & inſtrumenta inveniendi medium. 66. Conditiones, ſeu ſpecies Regulæ B. 47. Reg. C. 49. Reg. D. 52. Reg. E. 54. Reg. F. 56. Reg. G. 58. Reg. H. 59. Reg. I. 61. Reg. K. 62. 65. Regulæ judicandi. 88. V. *Modus*.
*Relatio*. 120. Reſolutio examinanda. 46.
*Reſpectus* varij. 12. 13. 43.
*Rethorica*. 125.

S.

SAPIENTIA diffinit. 27.
*Scala* intellectus. 5. 7. 8. 13.
*Scientia* ſequitur cōditionem medij. 143. Defendit fidem. 144.
*Semina* cauſalia. 177.
*Senſitiva* non ſentit ſucceſſivè &c. 102. Non ſentit diverſitatem loci. 162. Habet quantitatem linealem. 163. Nimia ſenſatio impedit imaginativam. 161. Vehemens ſenſibile impedit ſenſum. 167. Quæſtiones ſenſitivæ. 161. Differentia ſenſuum in ſenſando. 163.
*Series* Bruni collimata. 83.
*Similitudo*. 124. *Simplicitas*. 120.
*Situs*. ibid.
*Sophiſta* vincitur ab Artiſta. 80.
*Speciale* omnino. 87. *Species*. 120.
*Speculum*. 122.
*Sphæræ*. V. quatuor 35. 36.
*Status* præſens eſt pœnalis. 142.

Subjectum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*Subjectum* variè ſumitur. 2. Subjecta novem. 92. Eorum gradus. 91. Sufficientia. 94.
*Subordinatio* naturalis. 168.
*Suppoſitio* præmittenda. 46.
*Subſtantia*. 120. Eſt major accidenti. 42. Exiſtit cum ſuis cauſis. 143. Non augetur per accidentia. 160.

## T.

TABULÆ generalis diffinitio, & fructus. 68.
*Theologia*, eſt rationalis. 130. 38.
*Tempus*. 120. Quomodo dignoſcendum. 60. Eſt duplex, 121.
*Totum* potentiale eſt confuſum. 32. Tota rei eſſentia inquiritur per primam ſpeciem regulæ D. 53. V. *Eſſentia*.
*Termini* accipiendi ſunt in ſignificatione recepta inſtitutionis ſuæ. 123.
*Tranſſubſtantiatio*. 123.
*Triangulus*. 122. Viridis continet ſpecies differentiæ: Rubeus eſt ſecundus: Croceus tertius. 8. 9. Niger. 46. 86. V. *Figura*.

## V.

VACUUM nō datur. 30. 151.
*Ubertas* Artis Lul. 176.
*Vegetativæ* quæſtiones. 165.
*Veritas* diffinitur. 30. Veritate comprobatur. 178.
*Virtus* diffinitur. 29. Conducit ad gloriam. 91. Eſt habitus poſitivus. 105.
*Vitium* eſt habitus privativus. 106. 70.
*Umbra*. 122.
*Univerſum* creatum quomodo liberum, & neceſſarium. 25.
*Voluntas* diffinitur. 28. An poſſit cogi. 145.
*Uſus* combinandi. 147.

## Z.

ZELUS ardentiſſimæ charitatis B. Raym. 189.

INDEX

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# INDEX PARTIVM,

## ET CAPITVM LVLLIANÆ ARTIS BREVIS SCHOLIATÆ. NVMERVS PAGINAM INDICAT.


Pars prima de Alphabeto hujus Artis. 2.

Pars 2. de Figuris. 4.

*Caput primum de prima figura* 4.

*Caput ſecundum de ſecũda figura.* 7.

*Caput 3. de tertia figura.* 14.

*Caput 4. de quarta figura.* 17.

Pars tertia de diffinitionibus. 22.

*Caput primum de diffinitione bonitatis.* 23.

*Caput 2. de diffinitione Magnitudinis.* 24.

*Caput 3. de diffinitione Durationis.* 25.

*Caput 4. de diffinitione Poteſtatis.* 26.

*Caput 5. de definitione Sapiẽtiæ.* 27.

*Caput 6. de diffinitione Voluntatis.* 28.

*Caput 7. de diffinitione Virtutis.* 29.

*Caput 8. de diffinitione Veritatis.* 30.

*Caput 9. de diffinitione Gloriæ.* 31.

*Caput 10. de diffinitione Differentiæ.* 31.

*Caput 11. de diffinitione Concordantiæ.* 32.

*Caput 12. de diffinitione Contrarietatis.* 33.

*Caput 13. de diffinitione Principij.* 34.

*Caput 14. de de diffinitione Medij.* 35.

*Caput 15. de diffinitione Finis.* 36.

*Caput 16. de diffinitione Majoritatis.* 37.

*Caput 17. de diffinitione Æqualitatis.* 38.

*Caput 18. de diffinitione Minoritatis.* 39.

*Caput vltimum de Neceſſitate diffinitionum.* 41.

Pars 4. de Regulis. 44.

*Caput 1. de regula Vtrum.* 46.

*Caput 2. de regula Quid.* 48.

*Caput 3. de regula De quo.* 52.

*Caput 4. de regula Quare.* 54.

*Caput 5. de regula Quantum.* 56.

*Caput 6. de regula Quale.* 58.

*Caput 7. de regula Quando.* 59.

*Caput 8. de regula Vbi.* 61.

*Caput 9. de 1. regula K. hoc eſt de Quomodo.* 62.

*Caput 10. de 2. regula. K. hoc eſt de Cum quo.* 65.

*Caput vltimum de fine quartæ partis.* 65.

Pars quinta de Tabula generali. 67.

Pars ſexta de Evacuatione tertiæ figuræ. 72.

Pars 7. de multiplicatione quartæ figuræ. 79.

Pars 8. de mixtione Principiorum, & Regularum. 84.

*Appendix de mixtione bonitatis cum principijs.* 89.

Pars 9. de novem Subjectis. 92.

*Caput 1. de Deo.* 97.


*Caput*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# INDEX.


Caput 2. de Angelo. 99.
Caput 3. de Cælo. 100.
Capput 4. de Homine. 100.
Caput 5. de Imaginativa. 101.
Caput 6. de Senſitiva. 102.
Caput 7. de Vegetativa. 103.
Caput 8. de Elementativa. 104.
Caput 9. de Inſtrumentativa. 104.
Pars 10. de Applicatione. 106.
Caput 1. continens diviſionem ejus. 106.
Caput 2. de Centum formis. 119.
Pars 11. de Quæſtionibus. 127.
Caput 1. continens diviſionem hujus partis. 127.
Caput 2. de quæſtionibus primæ figuræ. 128.
Caput 3. de quæſtionibus ſecundæ figuræ. 103.
Caput 4. de quæſtionibus tertiæ figuræ. 134.
Caput 5. de quæſtionibus quartæ figuræ. 137.
Caput 6. de quæſtionibus per definitiones principiorum. 138.
Caput 7. de quæſtionibus per regulas. 139.
Caput 8. de quæſt. Tabulæ 146.
Caput 9. de quæſtionibus evacuationis tertiæ figuræ. 147.
Caput 10. de quæſtionibus multiplicationis quartæ figuræ. 148.
Caput 11. de quæſtionibus mixtionis principiorũ, & regularũ. 149.
Caput 12. de quæſtionibus novem ſubjectorũ, & primo de Deo 149.
Caput 13. de quæſt. Angeli. 150.
Caput 14. de quæſt. Cæli. 151.
Caput 15. de quæſt. Hominis. 154.
Caput 16. de quæſtionibus Imaginativæ. 159.
Caput 17. de quæſt. Senſitivæ. 161.
Caput 18. de quæſtionibus Vegetativæ. 164.
Caput 19. de quæſtionibus Elementativæ. 165.
Caput 20. de quæſtion. Inſtrumenti moralis. 169.
Caput 21. de quæſtionibus Centum formarum. 173.
Pars 12. de Habituatione hujus Artis. 178.
Pars 13. de Modo docendi hanc Artem. 181.
Finis Artis. 189.


DEVS CVM

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# DEVS CVM TVA GRATIA, ET BENEDICTIONE INCIPIT NOVA, ET CONNATVRALIS DISCVRRENDI METHODVS, EX PRINCIPIIS ARTIS LVLLIANÆ DEDVCTA, ET METAMORPHOSIS LOGICA REFORMATA, IVRE APELLATA.

## AVCTORE R.P.F. FRANCISCO MARÇAL.

1 *PROLVSIO.*

QVONIAM ex regulis ſyllogizandi, à Peripateitcis profeſſis, tot occurrunt dumeta, vt quibuſdã viſũ fuerit quartam cum Galeno addere figuram, ſeu potiús ſyllogiſmum formalem Platonis renovare, vt diximus in Cert. Dialectico, n. 15. & 16. p. 13. & 14. Et omnibus cum ipſo Auctore novos concedere modos, ab aſſignatis per Philoſophum: Caramueli verò mutare, delere, addere, vt conſtat ex Cert. cit. num. 21. p. 18. & num. 224. p. 357. Imò & Patri Izquierdo alia quamplurima addere Arti ſyllogiſticæ, vt indicavimus in Cert. n. 107. pag. 141. quæ quidem regulæ omnes, tàm antiquæ, quàm reparatæ, cum non paucos multùm juvent, & acuant mentis aciem; alijs autem offendiculis ſunt, vt ipſo in limine pereant. Hinc favitore Deo, ex Lulliana Arte, & principijs ejus, naturam rerum paucis contentam ſequentibus, novam, vnicam, & accuratam ſyllogizãdi methodum offerimus, quâ faciiè quiſquam poſſit argumenta contexere, ve ritatẽ attingere, tota dexteritate demõſ-

Ars Syllogizãdi Ariſtotelis inſufficiẽs

Novi modi neceſſarij. Cert. n. 224. pag. 358.

Methodus generalis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Reductio generalis. Cert. v. Reductio.

trare, & Peripateticas figuras, formæ naturali reſti-
tuere. Et ſicut data fuit Scholaribus, anno Domini
1642. ſic nunc, indicatis ſolùm alibi conſequenter
dictis, prælo committitur, ne pereat; & conſ ē. quæ
adduximus, ex Caram. in Certamine dialectico, *de*
*ſyllogiſmo formali*, part. 1. n. 15. 16. & alijs.

Syllogiſmus formalis eſt baſis cæterorũ. Cert. num. 236. pag. 387.

2 Ad hanc autem Metamorphoſis logicæ refor-
mationem ſupponenda ſunt quæ de oratione, ora-
tionis partibus, & diviſione docent Grãmatici: de
terminis, terminorum diviſione, & proprietatibus
docent Logici: ac etiam de propoſitione, propoſiti-
nis diviſione, propoſitionũ oppoſitione, æquipollẽ-
tia, & converſione: de argumentatione, argumen-
tationis diviſione; atque etiam de ſyllogiſmo, & ip-
ſius diviſione in neceſſarium, & probabilem, intra
determinatas materias, neceſſariam, contingentem,
& mixtam, juxta dicta, n. 81. Cert. cit. p. 103. Diſ-
cutienda verò ſolùm veniunt quæ ad formã, figu-
ras, & modos (diffinitiones vide in Cert. n 237. pag.
392.) ſyllogiſmorum ſpectant: & quia hæc depen-
dent à terminorũ connexione, & remotione, ſup-
ponam etiam quæ ab omnibus conceduntur, vt fa-
ciliùs innoteſcat reformationis neceſsitas, & vtili-
tas ad ſecuram, & certã inventionẽ medij, ac etiã
vſum faciliorẽ Artis generalis; per quã ſicut materia
neceſſaria ad problemata reſolvẽda adminiſtratur,
ita etiam naturalis procedendi, & diſcurrendi mo-
dus confirmatur.

Supponenda.

Variæ materię.

Diſcutienda.

Inventio medij. Cer. num. 43. p. 47.

## CAPVT I. DE QVIBVSDAM PRÆLVdijs ad Metamórphoſim logicam reformatam.

3 SVPPONENDVM primò, ex prima, & ſecunda
figura, quòd principia abſoluta cõducũt ad vni-
tatem

Principia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tatẽ ſivè abſolutũ eſſe rei dignoſcendũ; reſpectiva verò ad pluralitatem, ſivè eſſe reſpectivum attingendum. Hinc, exempli gratia, conſtituto eſſe abſoluto *animalis* per principia abſoluta, *iiſ*demque cognito in ſua vnitate animalis: ad *e*jus pluralitatem dignoſcendam, ſeu diviſionem attingendam deſervit nobis primus triangulus figuræ T. differẽtiæ ſcilicet, concordantiæ, & contrarietatis, ſeu oppoſitionis: qui proinde dicitur diviſivus, túm diviſione ipſius animalis, vt totum actuale in *e*jus partes actuales, ſcilicet vivens, & ſentiens; nam in vivendo concordat cum ali*j*s viventibus, & per ſentiens determinatur gradus viventis, ad ſenſitivum, opponiturque animal non viventibus: túm diviſione animalis, vt totũ potentiale (quæ eſt propria hu*j*us trianguli: nam prima eſt propria ſecundi trianguli, & huic appropriata) & fit cum differentia dividit ſub*j*ectum, nõ lædendo *e*jus concordantiã, quam habet cum ali*j*s ſub*j*ectis; nec auferendo cõtrarietatem, quâ ali*j*s adverſatur: addendo tamen novam, per differentias oppoſitas, quibus in ſuis inferiobus cõtrarietatem, ſeu oppoſitionem dicit. Exempli gratia, cum dico: *Animal, vel eſt rationale, vel irrationale*: nam pono differentiam, ſcilicet *rationale*, permittens cõcordantiam animalis cũ vivẽti, non deſtruens cõtrarietatem cum non viuenti, & fovens contrarietatem, quam habet in homine animal rationale, cũ animali irrationali in leone.

Triangul9 viridis eſt diviſivus.

Differẽtia conſtitutiva.

Diviſiva.

Cõcordãtia mixta.

4 Deinde per ſecundũ triangulũ; videlicet principi*j*, medi*j*, & finis; qui dicitur definitivus, colligimus diffinitionẽ hominis cõſtitui per animal, & vltimam *e*jus differentiã, ſcilicèt rationale: nam principium diffinit quẽlibet terminum per mediũ propter finẽ, *V.G. homo eſt animal ratonale*. Hinc animal eſt principiũ

Triangulũ rubeus eſt diviſivus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

primitivũ, rationale eſt mediũ eſſentiale, cujus finis eſt ratiocinari. Ex hoc triangulo habemus tres terminos ſimplices, ſcilicet definitũ, principiũ, & medium propter finem: Hoc eſt homo, animal, rationale.

5 Tandem ad ſyllogizandum comparandi ſunt iſti termini ad invicem, vel alij per tertium triangulum; ſcilicet majoritatis, æqualitatis, & minoritatis; qui dicitur collectivus: eò quia per majoritatem, æqualitatem, vel minoritatem, quam habent termini diverſi in concordando, contrariando, & mediando dignoſcitur vis eorum, pertinentia, & modus colligendi vnum ex alio, per veram, & legitimam conſequentiam.

Triangulus croceus eſt collectivus.

Diverſitas medij.

6 Supponendum ſecundò: cum ex terminis alij ſint ordinati, ſeu pertinentes; alij verò impertinẽtes, ſeu diſparati (ſicut enim ex entibus poſſibilibus non quodlibet eſt connexum cum quolibet; proindeq; non ex quolibet infertur quodlibet; ita ex entibus impoſſibilibus, non quodlibet cõnectitur cum quolibet, aut impoſſibili, aut poſſibili, aut exiſtenti; vt obſervat Izquierdo in Pharo, diſp. 11. quæſt. 6. num. 157.) proximè dicta intelliguntur de terminis pertinentibus, ſeu ordinatis: ſi enim termini ordinati non ſunt, ſed impertinentes, & diſparati; quia vnus non ducit in cognitionem alterius; ex ipſis proinde argumentari non licet. Vide Caram. in log. voc. parte 1. art. 18. *de terminis inter ſe comparatis*, pag. 160. & latiùs Izquierdo in Pharo, diſp. 14.

Pertinẽtia terminorũ Cert. nũ. 42. p. 45.

Impertinẽtia.

Adverte tamen, aliud eſſe quærere pertinẽtiã, vel impertinentiam, tàm ſequelâ, quàm repugnantiâ vnius termini ad alterum, in ratione termini; aliud verò in ratione medij: nam primum eſt inquirere, an vnus terminus ſequatur, vel nõ ſequatur

In ratione termini, & medij.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tur immediatè ex alio; & provenit ex incluſione, ſeu non incluſione vnius in alio: vel an repugnet, vel non repugnet illi; quod provenit ex excluſione, ſeu non excluſione terminorũ. Secundũ verò eſt quærere, an vnus terminus ſit, vel non ſit medium ad affirmandũ, vel negandum vnũ de alio.

Connexio terminorũ ſeu remotio.

Medij cũ extremis.

7 Hoc notandum duximus, quia cõtingit aliqua eſſe pertinentia in ratione termini, & non in ratione medij; vel è contra. Exemplum primi; videlicet pertinentiam in ratione termini, & non in ratione medij.

Exemplũ pertinentiæ terminorum. & nõ medij.

Lapis ——— ſenſitivum ——— Arbor.

Iſti termini ſunt ad invicem pertinẽtes repugnantiâ, in ratione termini; quia quodlibet excludit quodlibet: ſunt autem impertinentes in ratione medij; quia neuter eorum poteſt eſſe medium ad probãdum repugnãtiam, quam duo reliqui habent: nõ enim valet:

Nullus lapis eſt ſenſitivus:
ſed nullum ſenſitivum eſt arbor:
ergo nullus lapis eſt arbor.

Ex puris negativis nihil ſequitur.

Aſſumendum eſt ergo aliud medium, quod ſit pertinens ſequelâ ad prædicatum, & repugnãs ſubjecto: exempli gratia, *vivens*, dicendo ſic:

Arbor ——— vivens ——— lapis.

*Ca-* Omnis arbor eſt viuens:
*me-* nullum vivens eſt lapis;
*ne.* ergo nulla arbor eſt lapis.

Semper enim repugnantia duorum probanda eſt per medium contrarietatis; ac proindè per medium cõveniens vni, & repugnãs alteri extremorũ.

Medium contrarietatis.

8 Exemplum ſecundi; ſcilicet impertinentium in ratione termini, & pertinentium in ratione medij.

Suidus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Surdus ——— claudus ——— homo.

Exemplũ pertinẽtiæ medij, & nõ terminorum.

Nam iſti termini nec dicunt incluſionem, neq; excluſionem; & proinde ſunt impertinentes omninò in ratione termini; quia nec pertinentes ſequelâ, neque repugnantiâ. Cœterùm, cum in tertio vniuntur, *jam* virtute terti*j*, ad invicem cõnectũtur; ſicque proinde pertinentes fiunt in ratione medi*j*; vt conſtat hoc ſyllogiſmo expoſitorio.

Syllogiſmus expoſitorius eſt cęterorum cõprobat. Cert. v. *Syllogiſmus.*

Hic ſurdus eſt claudus:
ſed hic claudus eſt homo;
ergo hic ſurdus eſt homo.

9 Supponendum tertiò: tàm pertinentiam, quã impertinentiam terminorũ eſſe vel termini ad terminum, vel medi*j* ad extremum, ſeu terminum, vt patet ex proximé dictis.

Pertinẽtia duplex.

Differẽtia.

Concordãtia.

Concordãtia mixta.

10 Supponendum 4. terminorum pertinentiã termini ad terminum; vnam eſſe ſequelâ, alterã verò repugnantiâ. Prima provenit ex concordantia; ſecunda ex contrarietate naſcitur: nam differentia ponit pluralitatem: concordantia plurium vnitatẽ: & oppoſitio ſeu contrarietas repugnantiam eorũdem. Exempli gratia: *Animal* per differentiam plurificatur in ſuis inferioribus, *homine, leone, &c.* per concordantiam retinet in ipſis vnitatem: & per cõtrarietatem, repugnantiam dicit: Nam *animal*, quod eſt *leo*, aliud eſt ab *animali*, quod eſt *homo*, & cum iſto incompoſſibile.

Pertinẽtia terminorũ qnomodó cognoſcatur. Cert. num. 42. pag 45.

11 Supponendum quintò: hanc terminorum cõcordantiam, vel eſſe cum æqualitate, vel cum majoritate, vel cum minoritate. Primo modo reperitur inter conſtitutiva formalia rei, conſtituta ipſa, & propria ab eis dimanantia: V. G. *rationale, homo, riſibile, admirativum &c.* Qui quidem termini dicũ-

tur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

11 pertinentes ſequelâ mutua, ſeu convertibiles. Secundo modo reperitur inter ſuperiora, & inferiora: V. G.

Materia æqualis.

Homo ——— animal ——— vivens.

Subordinata.

Qui termini pertinentes ſunt ſequelâ nõ mutuâ, & majori in aſcenſu; minori verò in deſcenſu: nã major eſt cõcordãtia hominis ad animal (quæ eſt neceſſaria) quàm animalis ad hominem, quæ contingens prædicabilis eſt: quia omnis *homo* concordat cum *animali*, non verò omne *animal* cum *homine*. Vnde nequit inveniri *homo*, de quo nõ dicatur *animal*, & datur *animal*, de quo *homo* dici non poteſt.

Neceſſaria

Mixta eſt logicé cõtingens. Cert. nũ. 126. pag. 175.

12 Supponendum 6. pertinentiam repugnantiâ termini ad terminum ſemper eſſe mutuã; quia provenit ex oppoſitione, ſeu cõtrarietate; quæ definitur ab Illuminato Doctore, in Arte magna, & parva: *Quorundam mutua reſiſtentia propter diverſos fines*. Hæc autẽ oppoſitio, juxta cõmunẽ loquendi modũ, vel eſt ſtrictè dicta; & dividitur in contrariam, contradictoriã, privativam, & relativam: vel latè dicta, quæ extẽdit ſe ad omnia incõpoſſibilia, & comprehendit ſpecies omnes, earumque conſtitutiva formalia. Dixi, *juxta cõmunem loquendi modũ*: quia in re, dicuntur etiam iſta propriè oppoſita, ſeu contraria; vt conſtat ex diffinitione tradita, & facilé probari poterit negantibus, cum ipſi aſſignaverint rationẽ communem oppoſitioni contrariæ, contradictoriæ, privativæ, & relativæ: quam, vt definiat P. Izquierdo, in Pharo, diſp. 14. q. 3. n. 44 ſupponit, ea vniverſè dici opponi, ſivè oppoſita eſſe, quorum vnũ ita adverſatur alteri, ſivé ei repugnat, vt ſimul cũ illo eſſe non poſſit.

Oppoſitio.

Stricta.

Lata.

Nõ diſtinguenda.

Vniverſé opponuntur, quę ſimul eſſe nõ poſſũt.

13 Supponendum 7. terminorum pertinentiam medij ad extremum, ſeu terminum, deſumendam eſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſſe per comparationem ad alterum extremũ, ſeu terminum; medium enim, vt medium debet probare concordantiam, vel repugnantiam extremorum, quorum medium exiſtit. Quòd ſi mediũ eſt cauſa, dicitur argumentum *à priori*: ſi effectus, dicitur *á poſteriori*: ſi neutrum, *per æquiparantiam* nuncupatur, ſeú *ab æquali*: & potiſſimum locum habet in divinis, ex Illuminato Doctore, parte 7. Artis magnæ, cap. 3. §. *de modo probandi*, n. 9. & in nova logica, diſt. 5. cap. 3.

Medium triplex; ac proinde demõſtratio. Cert. nú. 139. p. 196.

14 Supponendum 8. omnem pertinentiam ſequelâ medij ad extrema, vel eſſe cum æqualitate, vel cum majoritate, vel cum minoritate. Primo modo reperitur cum extrema, & medium verbũ dicuntur ad convertentiam. Exempli gratia.

Pertinẽtia adæquata, num. 18.

Materia æqualis.

Rationale ——— homo ——— riſibile.

Secundo modo, quando medium verbum dicitur in præmiſſa de omni contento ſub ſubjecto concluſionis, quod eſt prædicari vniverſaliter de illo. V. G.

Homo ——— rationale ——— vivens.
Homo ——— animal ——— vivens.

Materia neceſſaria.

In quibus omnibus cõcluditur vniverſaliter affirmãdo, ſi procedimus à læva in dexterã, & aſcendendo ab homine ad rationale, & ad vivens; vel ad animal, ad vivens, dicendo ſic:

Omnis homo eſt animal:
omne animal eſt vivens:
ergo omnis homo eſt vivens.

Tertio tandẽ evenit modò cũ ſubjectũ concluſionis ſtat cũ minoritate cõcordantiæ ad mediũ in præmiſſa. V.G. in ijſdẽ terminis procedẽdo à dextera ad lævã, & deſcendentibus *vivente, & animali*, dicendo ſic:

Quod-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quoddam vivens eſt animal: Syllogiſmus expoſitorius.
Quoddam animal eſt homo:
ergo quoddam vivens eſt homo.

Vel in alijs terminis ſic:

*Di-* Quoddam vivens eſt rationale:
*mag-* Omne rationale eſt homo:
*ni.* ergo quoddam vivens eſt homo.

Quòd ſi mixtè procedas aſcendendo, & deſcẽdendo, directé concluditur in 2. & 3. figura, O. & poteſt quoque I. Cert. num. 40. p. 40. Mixt9 progreſſus variat modos & materiã Cert. nũ. 127. pag. 176.

15 Supponendum 9. Cum minoritas ſit *ens circa nihil*; hinc minoritas concordantiæ locum tribuit repugnantiæ, vt innuit Doctor in Arte magna, p. 7. cap. 2. num. 3. ſicquè ex illa deduci poteſt cõcluſio negativa, deſcendente ſuperiore negativè; ſicut in datis terminis conſtat; dicendo ſic:

*O-* Quoddam vivens non eſt rationale:
*ra-* omne rationale eſt homo:
*bo.* ergo quoddam vivens non eſt homo.

16 Supponendum 10. in quolibet legitimo ſyllogiſmo ſemper medium debere eſſe pertinens ſequelâ ad alterum extremorum; nam ſi pertinẽs ſolúm eſt repugnantiâ ad omnes, nihil concludi valet: ſicut enim cum termini, & medium dicuntur ad convertentiam ſequelâ, quocunqué modo diſponantur, ſeu comparẽtur, ſemper legitimè concluditur affirmativè; vt patet in ſequentibus.

Homo ——— rationale ——— riſibile.

Sic per oppoſitum, cum termini, & medium dicuntur ad conuertentiam repugnantiâ, quocunq; modo diſponantur, nihil valent concludere: exempli gratia. Materia felix. Cert. n. 23. pag. 22.

Homo ——— lapis ——— riſibile.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

quia ex puris negativis nihil ſequitur; ex affirmativis autem, exiſtente medio adæquatæ concordãtiæ, ſemper concluditur affirmativè.

17 Supponendum 11. Quodlibet verũ medium, inter quælibet extrema collocatũ, ſemper eſſe vel pertinens, vel impertinens, tàm pertinentiâ, vel impertinentiâ termini ad terminum, quàm medij ad terminum, ſeu extremum: mediũ enim, & poteſt ſumi, vt medium, & vt terminus: & hinc tàm ex medio antecedenti, quám conſequenti ad ambo extrema, legitima infertur concluſio.

Vide præludium 3

18 Supponendum 12 Medium pertinens, vel eſſe pertinens ſequelâ, vel pertinens repugnantiâ: ſi primum, vel eſt pertinens ſequelâ ad omnia extrema, & extrema ad ipſum; diciturque pertinẽs pertinentiâ ſequelæ medij ad extrema cum æqualitate, vt diximus ſuppoſitione 8. vel eſt pertinens ſequelâ ad omnia extrema, vel ad alterum tantùm: extrema verò non ſunt omnia pertinentia ad medium, ſed alterum tantúm eſt pertinens; vt patet ex eadem ſuppoſitione: diciturque pertinens pertinentiâ ſequelæ, vel cum majoritate, vel cum minoritate: ſicut ibidem conſtat, num. 14.

Medium æquale.

Mediũ varié diſcurrendum.

Si medium eſt pertinens repugnantiâ, vel repugnat omnibus extremis; ac proinde extrema omnia illi repugnant, ex ſuppoſitione 6. diciturq; impertinens, impertinentiâ medij ad extrema, vt patet ex diſcurſu ſuppoſitionis 2. & ex ſuppoſitione 10. vel repugnat alteri tantúm extremorum; & dicitur pertinens pertinentia repugnantiæ medij ad extrema, ſeu medium repugnantiæ, ſivè contrarietatis.

Medium nullum.

Medium cõtrarietatis.

19 Supponendum 13. Quodlibet medium pertinens, ſeu aptum ad concludendum, vel eſt mediũ

concor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

concordantiæ, vel medium cõtrarietatis: ſi primũ, vel eſt cum majoritate concordantiæ; & dicitur medium adæquatæ concordantiæ, hoc eſt repugnantiam extremorum non patientis, ex vi medij aſſumpti; vel eſt cum minoritate concordãtiæ; & dicitur medium concordantiæ mixtæ, hoc eſt repugnantiã extremorũ admittentis, ex vi medij poſiti. Hæc autem differentia in ijſdem datis terminis contingit ex diverſo procedendi modo; videlicet per aſcenſum, vel deſcenſum, vt patet ex ſuppoſitione 8. n. 14.

Medium adæquatæ concordãtię. Cert. n. 228. p. 367. 69.

Concordãtiæ mixtæ.

Modꝰ variꝰ procedendi materiam variat. Cert. n. 80. pa. 101.

Medium contrarietatis ſemper eſt cum majoritate repugnantiæ; non admittentis proinde concordantiam extremorum, ex vi medij poſiti; vt patet in tribus exemplis ſequentibus.

Medium contrarietatis.

Lapis ——— vivens ——— animal.
Subſtãtia ——— lapis ——— homo.
Homo ——— animal ——— leo.

In primis tribus terminis, ac etiam in ſecũdis, ſemper negativè concludes, quomodocũque procedas, vt facilè diſcurrendo invenies. In tertio exemplo non minus facile erit, ſervando vnitatem medij termini, & explicando determinationẽ ejus, ſic dicendo: *Omnis homo eſt animal rationale, &c.* Si autẽ variatur in præmiſſis vnitas medij, nihil concludes; vt ſi diceres: *Omnis homo eſt animal*: ( ſcilicet rationale ) *ſed quoddam animal* ( ſcilicet rugibile) *eſt leo*: quidquid inde dicas, non tenebit; quia nõ aſſumpſiſti mediũ verũ; quod debet eſſe vnum, non multiplex. Et conſequens, amborũ extremorũ repugnantiũ nullã pertinentiã dicit in ratione medij: ſic autem, ſi extrema ſunt ſubordinata.

Particulare ſumitur pro ſpecie vaga, vel individuo, ſivé generis, ſivé ſpeciei. Carã. in logica voc. num. 681. pag. 222. col. 2.

20 Cęterũ, quãvis detur minoritas repugnantiæ vnius termini ad alterũ terminũ, ſinè reſpectu ad



(c) 2006 Ministerio de Cultura

mediũ contrarietatis; tamẽ, ex vi talis medij, illi ipſi termini ſunt in majoritate repugnantiæ; v. gratia, Homo ——— leo ——— Animal: nam eſtò *animal*, ob minoritatẽ concordantiæ cum *homine*, patiatur aliquam repugnantiã cum ipſo, quia ex ſuppoſitione 8. & 9. nequit illi repugnare adæquatè, ſed tantùm inadæquatè; nã datur *animal*, quod eſt *homo*: tamẽ *animal*, quod ex vi leonis aſſumpti pro medio repugnat *homini*; adæquatè iſti repugnat: ſic quòd nullum *animal leo* poſſit dici de *homine*.

21 His, quia ab omnibus admittendis, ſuppoſitis, & ex Artis principiorum diſcurſu diſpoſitis, ſequentia damus prælidia ad legitimè concludendum in omnibus figuris, & in omni argumentorum genere; quin proinde neceſſariũ ſit figuris alligari, ſed methodo danda, capite ſequenti, tota facilitate ſyllogizandi campum deambulare, tribus quibuſvis ordinatis terminis: his enim tantúm, & non pluribus ſinguli ſyllogiſmi perfecti conſtare poſſunt, & debent.

Syllogiſmus tribꝰ tãtũ conſtat terminis.

### PRÆLVDIVM I.

A.E.I.O. Cert.n.44 p.48.

PROBLEMA quodlibet duobus terminis conſtãs, per tertiũ aſſuptũ mediũ reſolvitur vltimò affirmando, vel negando; túm vniverſaliter, túm particulariter. Ac indè naſcuntur ſubcõſequentiæ, ſivè ſubmodi, vt diximus in Cert. n. 22. p. 19. &c. Et nota, quòd tametſi O. ſterile ſit oſtenſivè; ſuas tamẽ habet ſubcõſequẽtias per cõtrapoſitionẽ. Cert. num. 52. p. 62. imò, & mediaté oſtenſivas. Ibidem num. 87. pag. 110.

Particularis negativa.

### PRÆLVDIVM II.

Dictiones mediũ aptum deſignantes.

MEDIVM concordantiæ meræ, ſeu adæquatæ connexionis, in omni materia neceſſaria cõcludit vniverſaliter affirmando: quia ſemper me-

dium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dium ſequitur vniverſaliter ad ſubjectum, & infert prædicatū.

Fecanæ. num. 22.

PRÆLUDIUM III.

MEDIVM concordantiæ mixtæ, ſeu inadæquatæ connexionis, repugnantiam aliquam permittentis, tàm in materia contingenti, quàm mixta, concludit particulariter, vel affirmando, vel negādo; quia ſemper vnus ex tribus terminis eſt, vel antecedens, vel conſequens duobus reliquis. Exempla vide in Cert. pag. 40. & 53. Et vide quòd dictio *Cageta* producit modū *Rarara* in tertia figura, ſicut *Cageti* producit modum *Darapti*. Valent quoque *Gebali*, & *Gebalo* in fig. 2. &. 3.

Mediū naturale Cer. nū. 47. p. 53.

Dictio *Cageti* tenet in fig. 1. & 3. *Cageta*, in 3. *Gebali*. & *Gebalo*, valēt in 2. & 3.

PRÆLUDIUM IV.

MEDIVM contrarietatis, tàm in materia remota convertibili, quàm ſubordinata concludit negando, ſivè vniverſaliter, ſivè particularitèr, juxta exigentiam materiæ. In materia remota convertibili, ac etiam in ſubordinata, vbi mediū eſt conſequens alterius extremi, & repugnans reliquo, concluditur ſemper E. Quando verò mediū eſt antecedens alterius extremi, & repugnans reliquo, concluditur in omni materia O. Quòd ſi extrema ſunt repugnantia, concluditur quoque E. in forma Platonis, figura 1. & 3. Ariſtotelis: ſicque in terminis ſequentibus,

*Dafones. Hebare.*

*Gedaco.*

*Hecaſe* tenet in forma Platon. & fig. 1. ac 3. Ariſt.

Lapis ——— homo ——— animal.

Dictio *Hecaſe* ſtat; quod mediū ſtare negatur in priſco illo diſticho, quod Carā. ridet in Cert. relatus, nū. 4. p. 4. fructuoſum ſuppoſuimus, num. 5. & nunc expandimus: ſtat etiā *Febaſa*, vt inferiùs conſtabit, cap. 4. reg 5. cap. 6. reg. 1. & cap. 7. reg. 1. Adduntur que *Gebalo*, & *Cageta*; ſicut diximus in præludio 3.

*Febaſa* tenet. in forma Plat. & fig. Ariſt.

Priſci

(c) 2006 Ministerio de Cultura

22 Priſci igitur novem dictiones, acumine plenas, ad medij inventionem invenere, his verſibus incluſas,

*Fecana, Cageti, Dafenes, Hebare, Gedaco,*
*Gebali ſtant; ſed non ſtant Febas, Hedas, & Hecas.*

Dictiones mediũ aptũ ad concludendũ deſignãtes.

Tres poſteriores nõ ſtant, id eſt, nõ ſunt in Peripateticorum vſu, & carent tertia vocali, vt oſtendatur non poſſe concluſionem inferre: quod in re eſt verum de dictione *Hedas* ( *ex puris enim negatiuis nihil ſequitur in logica finita.* Cert. num. 231. p. 378. vide etiam Caram. in Hercule log. n. 1293. p. 19.) non de alijs, vt diximus, num. antecedenti.

Significatio litterarum.

Quælibet ex dictionibus in vſu conſtitutis habet tres vocales, quarum vltimam attendes, quæ declarat concluſionem probandam; vt A. vniverſalem aientem; E. negantem; I. particularem aientem; O. negantem; vt expoſui in Cert. Dialectico num. 21. p. 17.

Termini pertinẽtes ſunt, vel antecedẽs, vel conſequens, vel repugnãs.

Duæ vocales priores denotant, A. prædicatum. E. ſubjectum. Conſonantes litteræ, B.C.D.F.G.H. ſuâ potiuntur ſignificatione. B. exprimit cõſequẽs prædicati, hoc eſt, quod infertur rectè ex prædicato; v. g. hujus prædicati *Animal*, in propoſitione, *homo eſt animal*, ſunt conſequentia, *vivens*, *corpus*, *ſubſtantia*: nã benè infertur, eſt *animal*; ergo *vivens*, *corpus*, *ſubſtantia*: quod etiã in materia æquali obſervãdũ eſt: officio enim quilibet terminus eſt, vel antecedens, vel conſequens; ac proinde ad placitum in ijs diſcurrimus; vt notavimus in Cert. n. 24. p. 23. C. denotat antecedens prædicati, hoc eſt, ex quo prædicatum infertur; vt in prædicta propoſitione, ſunt antecedens v. g. *Animalis*, *Petrus*, *homo*: nam non valet, *eſt Petrus*, vel *homo*; ergo *eſt animal*. D. ſignificat, quod repugnat prædicato, v. g. prædicato

*animal*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*animal*, repugnant *lapis*, *lignum*, *&* alia. Tres conſonantes adductæ verſantur circa prædicatum.

Tres, quæ ſequūtur circa ſubjectum, v.g. *homo* in enūtiatione dicta, *homo eſt animal*. F. præfigurat cōſequens ſubjecti, nempè, quæ inferuntur ex *homine*, vt *vivens*, *corpus*, *volitivum*, *riſibile*, *&c*. G. exprimit antecedens ſubjecti, ex quo infertur, v. g. *homo:* vt *riſibile*, *volitivum*, (*ex corpore*, *&* *animo ſumptum*) *apprehenſivum* *&c*. H. ſignificat, quod repugnat ſubjecto; vt *homini* eſſe *lilium*, *ſaxum*, *&c*.

23 Quiſquis ergo curioſè vult media ad concludendum apta in promptu invenire, tàm in forma Platonis, quàm in figuris Ariſtotelis reſpectivè; opus eſt attendat quomodo dictiones prædictæ terminentur: nam cum omnes modi terminentur per aliquam vocalem ex quatuor quantitatem, & qualitatem concluſionis ſignificantibus: ſi modi terminantur in A. vt *Bammada*, vel *Barbara* pertinent ad *Fecana*: ſi in I. vt *Dimagni*; vel *Darij* in prima figura Ariſtotelis; aut *Diſſamis*, & *Datiſi* in tertia pertinent ad *Cigeti*, vel *Gebali*: ſi in E. vt *Camene*, vel *Celarent*, pertinent ad *Daſenes*, vel *Hebare*: ſi in O. vt *Figmeno*, vel *Ferio* pertinēt ad *Gedaco*. Quia verò intra regulam hujus dictionis, quæ materiæ repugnanti deſervit, nō poſſumus formare *Baroco* (niſi medio aſſumpto æquali in re, officio antecedenti ſubjecto) addenda eſt dictio *Gebalo*; (vt conſtat ex præludio 3.) quæ deſervit materiæ mixtæ, & concludit negativè, & affirmativè in modis *Baroco*, & *Rapinis* ſecūdæ figuræ: in *Diſamis*, & *Bocardo* figuræ 3. Addendę quoque ſunt dictiones *Febaſa*, & *Hecaſe*, ex dictis in præludio 4.

Inventio medij.

Dictiones addendæ.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT II. METHAMORPHOSIS LOGICA reformata proponitur.

24 CAPTIOSIS argumentãdi generibus, vnà cũ trũcatis, diviſivis, diſjũctivis, & obliquis neglectis; de ſyllogiſmo tãtúm, illorũ omniũ metro, & firmiſſimo vno concludendi modo, regulam certam, & in omni materia ſervandam formam, tradendam duximus, vt ſolidiús ſolido argumentandi genere vti valeamus, in argumentatione ſyllogiſtica. Quamvis enim Ariſtoteles multas cognoverit argumentationis ſpecies, accidentaliter ſaltem diſtinctas, quas ad ſequentes principales reducit Caramuel in Logica vocali,, pag. 225. art. 2 num. 692. videlicet converſivam, æquivalentẽ, expoſitivã, reſolutivã ( quæ habentur in Logica parva Lulli. regula 12. de locis) definitivam, diviſivam, oppoſitivam, deſcenſivã, aſcenſivam, & ſyllogiſticam ( quæ dividitur in neceſſariam, ſeu demonſtrativam, & probabilem, ſeu probativam, in Logica nova Lulli, diſtinctione 5. cap. 3. & 4. ) quibus, inquit, addere poteris expoſitoriam, & ſophiſticam: ſolam argumentationẽ ſyllogiſticam perfectam, quam Plato coaptaverat formæ, Philoſophus coaptavit figuris, & modos aliquos expreſſit legitimos, alios quoque legitimos continẽtes implicitè, vt conſtat ex Certamine Dialectico de Arte inveniendi medium.

Argumẽtationis ſpecies.

Logica parva.

Logica nova.

Syllogiſmus eſt argumẽtatio perfecta.

Reductionis modorum radix. Cert. num. 36. p. 36.

25 Vt igitur, quin neceſſum ſit attendere cum Peripateticis, ad figuras, & modos ſyllogizandi, ab Ariſtotele conſtitutos, legitimum in omni materia pertinenti formes ſyllogiſmum, ad concludendum aptum; tribus quibuſvis terminis tibi oblatis, quorum medium ſit concordantiæ, vel contrarietatis; diſcurrendo illos ab vno termino ad medium, & à medio

Forma generalis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

à medio ad alterum terminum; ſivè procedas à læva in dexteram aſcendendo, ſivê á dextera ad lævam deſcendendo, prout ordinati termini permiſerint, ſemper legitimè concludes, túm affirmativê, túm negativè, túm vniverſaliter, tùm particularitèr, ſecundúm diverſitatem concordantiæ ſeu cõtrarietatis extremorum in medio, & cum medio. Quòd ſi concludere non vales; ſcias medium ſuppoſitum non eſſe verum medium, ſed impertinẽs, ex dictis cap. 1. Quare recurrendum erit ad medium aptum, ad concludendum propoſitum, ſeu reſolvẽndum problema.

A.E. I. O. Cert.num. 107. pag. 141. & n. 228. pag. 367.

26 Confirmatur exemplis regula generalis poſita. Et ſit exemplum primum, in quo procedendo à læva in dexteram, medium exiſtit mediũ meræ concordantiæ: à dextera verò in lęvã obtinet vim medij concordantiæ mixtæ: ac proinde in primo modo erit concluſio vniverſalis affirmativa; in ſecundo autem modo erit particularis, aut ſingularis, túm affirmativa, tùm negativa, juxta materię exigentiam, & dicta, cap. antecedenti, præludio ſecundo, & tertio.

Exẽplũ 1.

Proceſſus varius mate iam variat. Cert. nũ 80. p. 101.

Homo ——— rationale ——— animal.

| | |
|---|---|
| *Bã*- Omnis homo eſt rationalis. | *Di*- Quoddã añl. eſt rationale. |
| *ma*- omne rationale eſt animal: | *mag*- omne rationale eſt homo: |
| *da.* erg omnis homo eſt animal. | *ni.* ergo quoddã añl. eſt homo. |

*O*- Quoddam animal non eſt rationale:
*ra*- omne rationale eſt homo:
*bo.* ergo quoddam animal non eſt homo.

Vel in alia materia, v.g. Homo--animal--vivens, quæ in forma Platonis, & prima figura Ariſtotelis, expoſitoriè concludit deſcendendo: in ſecunda autem figura, & tertia, quæ mixtè procedunt, eſt



(c) 2006 Ministerio de Cultura

concluſio particularis; vt videre eſt in Cert. n. 40. p. 40. Quòd ſi medium ponitur antecedens ambobus extremis, v. gratia, Vivens--homo--animal, expoſitoriè ſolúm poteſt concludi O. in ſecunda figura; in alijs ſemper ſic, vel ſic concluditur I. vt conſtat in Cert. n. 47. pag. 53. & 54. Poteſt etiam concludi modus *Rarara* in tertia figura; qui modus eſt figuris omnibus communis; vt notavimus in Cert. n. 224. pag. 357.

Modus *Rarara*.

Exēplum 2.

Exemplum ſecundum, in quo ex vi medij contrarietatis in materia repugnanti concluditur vniverſaliter negativè, ſivè procedas à læva in dextram, ſivè á dextra in lævam; ſivè mixté, vt figurarum Ariſtotelis modos formes in ſecunda figura, & additos in prima, & tertia, juxta dicta in Cert. loco proximè citato.

Homo ——— rationale ——— lapis.

| | |
|---|---|
| *Ca*-Omnis homo eſt rationalis: | *Er*- Nullus lapis eſt rationalis: |
| *me*- nullum rationale eſt lapis: | *rã*- omne rationale eſt homo: |
| *ne*. ergo nullus homo eſt lapis. | *tes*. ergo nullus lapis eſt homo. |

Exēplũ 3.

Exemplum tertium, in quo ex vi medij contrarietatis in materia mixta concluditur particulariter negativè, ſivè procedas à læva in dextram, ſivè à dextra in lævam, dummodò eadē ſint extrema in concluſione, quæ in præmiſſis, nec varientur; tametſi quandoque concluſio ſit reſpectivè indirecta, vt conſervetur vnitas termini; ſicut conſtat exemplo ſequenti in progreſſu à dextra in lævam: & ijſdem terminis formare poteris modos in figuris Ariſtotelis, *Barecco* excepto. Dixi, *reſpectivé indirecta*; quia modi inverſè dicuntur directi in forma Platonis, & figuris Ariſtotelis; vt diximus in Cert. num. 236. pag. 388.

Concluſio reſpectivè indirecta.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vivens ——— leo ——— homo.

*Fig-* Quoddam vivens eſt leo: *Fe-* Nullus homo eſt leo:
*me-* nullus leo eſt homo: *ſa-* omnis leo eſt vivens:
*no.* er. quoddã vivens nõ eſt ho. *por.* er. quoddã vivẽs nõ eſt ho.

27 Hìc adverte, quòd eſtò medium contrarietatis aliquando concludat particulariter negativè, vt patet in exemplo antecedenti; ſemper tamẽ ex data particulari negativa ſequitur legitimè, loco illius, vniverſalis negativa de prædicato cõplexo, facta complexione termini conſequentis cum medio repugnanti alteri exrremo; vt ſi ex datis terminis diceres: *Nullus homo eſt leo: ſed omnis leo eſt vivens: ergo nullus homo eſt vivens leo*. Quod etiam obſervabis in particulari negativa, ex concordantia mixta deducta: vt ſi in exemplo primo, loco tertij ſyllogiſmi, qui eſt modus *Orabo* in forma Platonis, *Ramoſos* in prima figura Ariſtotelis, ſic procederes, concludendo vniverſaliter:

Quoddam animal non eſt rationale: Æquivalentia termini negativi, & infiniti. Cert. n. 240. p. 398.
ſed omne rationale eſt homo:
ergo nullus homo eſt animal non rationale.

Et vide, quòd licèt ex datis terminis non poſſit deduci vniverſalis negativa de prædicato ſimplici; poteſt tamen in iſtis: Lapis--homo--animal: quia extremum repugnans medio, repugnat quoque alteri extremo; vt notavimus in præludio quarto.

Regula generalis ſyllogizãdi.

28 Ex dictis igitur, quolibet probleãte propoſito, ad ſolvendum illud attendenda ſunt ipſius extrema, & illicò recurrendum ad medium, vel media, in quibus extrema vniuntur, & concordant; vel diſtinguũtur, & repugnant; vt ſic rationabiliter ſolvatur quæſitum, quin opus ſit obſervare tot Peripateticorũ præcepta. Nec timendum ſophiſtis; quia ex paucis præludijs datis, ſufficienter deteguntur ſophiſ-

Diſſolvendi ſophiſmata.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſophiſmata omnia: imò & quæ in modis Peripateticorum latent, faciliùs, ex datis præludijs, quàm ex illorum regulis aperiuntur; vt dicemus infra, cũ de regulis Peripateticis agemus, cap. 4.

## CAPVT III. COMMENDATVR METAMORphoſis Logica reformata.

Caramuel comprehẽditur.

*TOTA Caramuelis transfiguratio, de qua agit in Logica vocali, parte 5. ſect. 1. á pag. 320. hâc brevi Metamorphoſi logica reformata comprehenditur, & facilline percipitur per reductionem generalem ſyllogiſmorum omnium ad formalem. Vide Cert. num. 45. pag. 48. & n. 228. pag. 368.*

Reductio modorum difficilis in Ariſt. Generalis facillima. Cert. nũ. 228. & alibi. Natura paucis cõtenta. Reductio herculea. Cert. nũ. 82. p. 118 Naturalis ſyllogizãdi methodus. Cert. n. 15. p. 13. Fundamẽtum. Cert. n. 228. p. 368.

29 Magiſtri peripatetici poſt figurarum, & modorum multiplicationem, cum alios omnes habeãt imperfectos, præter primos quatuor figuræ primæ, illos reducunt ad iſtos: Tyrones ſic lacinijs faſciãtes, vt nec pedem moveant, ſed tot timentes dumeta retrocedant. Quis enim offucijs tantis, & laciniosis phaleris onuſtus, inquiunt, poterit nec pedem movere? Iure quidem, ecquid enim opus ſũt tot præcepta ad perficiendum naturã paucis contentã? Vt modos imperfectos ad perfectos reducant Magiſtri, multũ laborant, nec parũ ſudant Diſcipuli: quo tamen fructu dicant illi, qui vltimò ad reductionẽ herculeã, ſatis in praxi difficilẽ, recurrere tenentur: nobis enim non videntur neceſſarij; cũ vnico dato procedendi modo, faciliùs in omni materia arguere, & vnicâ reductione generali, veros modos omnes poſſibiles reducere poſſimus.

30 Fundatur immediatè Metamorphoſis Logica reformata in ipſis primis metaphyſicis, & logicis principijs, quibus figuræ omnes, & modi Peripate-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ripateticorũ innituntur. Principia ſunt nimis nota illa. *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe. Quæ diſtinguũtur in tertio, diſtinguũtur inter ſe. Dici de omni. Dici de nullo.*

Nota enim, hanc ſyllogizandi methodum eſſe magis connaturalem, quàm Peripateticorũ: nã facta comparatione noſtri ſyllogiſmi in *Bammada*, quo probamus vniverſalem affirmativam, cum ſyllogiſmo in *Barbara*, qui eſt omnium, apud Peripateticos perfectiſſimus, cõnaturaliori methodo procedimus, quàm Ariſtotelici; ergo noſtra ſyllogizandi methodus cõnaturalior eſt. Probatur antecedens: quia nos procedimus aſcendendo de gradu in gradum immediatè; v.g. in iſtis terminis, Homo-animal-vivens, aſcendimus ab homine ad animal; ab animali ad vivens; ad quod proinde continuato curſu facilè ducimus hominẽ, diſcurrẽdo ſic: Gradus ſcalæ. Cer. n 43. pag. 47.

Omnis homo eſt animal:
ſed omne animal eſt vivens:
ergo omnis homo eſt vivens.

Peripatetici autem, ſolúm vt concludant in *Barbara*, ab Ariſtotele aſſignato, aſcendũt primò ab animali ad vivens: deinde ab homine ad animal: ſicq; concludunt viventẽ de homine. Rectè quidẽ: ſed quorſum quæſo retrogradus iſti, vbi naturali aſcenſu poteſt idem faciliús concludi? Dicunt ſic eſſe neceſſarium, vt concludatur directè; hoc eſt vt majus extremũ prædicetur de minori in concluſione, dicendo ſic: Retrogradus.

Omne animal eſt vivens:
ſed omnis homo eſt animal:
ergo omnis homo eſt vivens.

Nos equidem prædicationem directam naturalem damus, vbi prædicatur, quod eſt natũ prædicari

dicari, ex ordinatione poſita terminorum, & ſubjicitur quod ſubjici eſt natũ: præfixã autẽ prædicationẽ directã paraſangis meré logis, nõ neceſſariò obſervandã dicimus, ſed cõcludendũ quod materia ſuppoſita exigit; directa, aut indirecta ſit concluſio, juxta reg. inverſas, de quibus in Cert. n. 37. p. 37.

Cõcluſio directa, &c

31 Deinde, vt magnifacias, ſicut par eſt, naturalem diſcurrendi methodũ à nobis poſitam, quâ omnes vtuntur, & ſolent, quando ex tempore diſcurrunt, delectanturquè Iuniores, ex Caram. relato in Certã. nũ. 16. p. 14. diſcurras, amabo, per omnes Peripateticorum modos ( calamiſtorum nodis cõcinnos, vt eos cum figuris varient ) & diſpone terminos cum medio cujuſcunque modi, vti nos propoſuimus: tunc procedes â læva in dextram, vel â dextra in lævam, & videbis quàm facilè concludes idem, quod Peripatetici ſuis multiplicatis figuris, & modis concludunt. Sit exemplum modus *Darapti* conſtans ſequentibus terminis:

Modꝯ naturalis.

Reductio generalis.

Vivens ——— homo ——— animal.

*Da-* Omnis homo eſt animal:
*rap-* omnis homo eſt vivens:
*ti.* ergo aliquod vivens eſt animal.

*Di-* Aliquod vivens eſt homo:
*mag-* omnis homo eſt animal:
*ni.* er. aliquod vivẽs eſt animal.

*Di-* Aliquod animal eſt homo:
*mag-* omnis homo eſt vivens:
*ni.* erg. aliqđ animal. eſt vivẽs:
aliquod vivens eſt animal.

Similiter modus *Feriſon* ſic formatur: *Nullus lapis eſt ſenſibilis: ſed aliquis lapis eſt ſubſtantia: ergo aliqua ſubſtantia non eſt ſenſibilis.* Ordinabis igitur terminos prædictos cum medio, & procedes modo naturali, á læva in dextram, vel à dextra in lævã; & legitimè idẽ concludes, quin modum dictum ſerves, ſed proprium formæ Platonicæ.

Subſ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Subſtantia ——— lapis ——— ſenſibilis.

*Fig-* Quædã ſubſtãtia eſt lapis:
*me-* nullus lapis eſt ſenſibilis:
*no.* ergo quædam ſubſtantia nõ eſt ſenſibilis.

*Fe-* Nullum ſenſibile eſt lapis:
*ſa-* omnis lapis eſt ſubſtantia:
*por.* ergo quædam ſubſtantia non eſt ſenſibilis.

Sic quoq; per alios modos diſcurrere poteris, & juxta vnicã datã methodũ, ſemper legitimè concludes idem, quod modus aſſumptus; ſivè immediatè, ſivè mediaté per ſubconſequẽtias neceſſarias, juxta dicta in Cert. num. 22. pag. 19.

32 Hinc jam vides, quàm facilior ſit naturalis procedendi methodus, vel à læva in dextram, vel à dextra in lævam, modis, quos Peripatetici obſervant, multiplicando figuras: procedentes in prima, à medio ad terminum dextrum, & à termino lævo ad mediũ. In ſecunda, à termino dextro ad mediũ, & à termino lævo in medium. In tertia, à medio ad terminum dextrum, & à medio ad terminum lævum; vt ſic medium obſervet locum ſequenti verſu communiter propoſitum. Retrogradus.

*Sub præ prima: Bis præ ſecunda: Tertia bis ſub.*

Sed formã etiã cõprehendens, ſic ponitur à Carã. in Logica vocali, nũ. 875. pagina 321. Breviús in Cert. pag. 22. num. 23.

*Forma priús medium dicit, poſt ſubjicit: illud*
*Prima figura priús ſubdit, poſt prædicat: ipſum*
*Prædicat altera bis: bis illud tertia ſubdit.*

33 Tandẽ adverte: vt faciliori modo procedas, ſemper in concluſione ſubjicies extremum, quod fuit in majori ſubjectum; quia hoc modo mediũ oſtenditur magis naturale medium; ſi autem ſic nõ valebis directè concludere, procedendo, dicamus à dextra in lævam, quod concluderas à læva in dextram, tunc poterit prædicari in concluſione, quod fuerat ſubjectum in majori, & concluſio erit indirecta; Medium naturale.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

recta; vt conſtat in exemplo pro reductione modi *Feriſon.* num. antecedenti; ac etiam in cap. 2. exẽplo 3. ſyllogiſmo 2. num. 26. Idq; juxta formã Platonis, apud Carà. in Logica vocali, n. 875. p. 321.

Concluſio directa quandoq; nulla, indirecta exiſtente legitima. Vide inferiùs, c. 7. in fine.

Sed meliùs in dictis caſibus erit procedere ex ea parte, in qua ſubjectum majoris petit ſubjici in concluſione: hic enim concludendi modus connaturalior eſt, & retrogradus fugat: nã ſi deſcedendo ſemper procedis, concludes particulariter in iſtis terminis:

Homo —— animal —— vivens.

Quoddam vivens eſt animal:
quoddam animal eſt homo:
ergo quoddam vivens eſt homo.

Syllogiſmꝰ æquivalens expoſitorio. Cer. num. 91. p. 117.

Et quàvis legitimè etiã per ſubcõſequentias concluderes vniverſaliter, ex datis præmiſſis: *ergo omnis homo eſt vivens*: admitteres tamen retrogradũ; quia cum in præmiſſis vſus fueris deſcenſu, in cõcluſionem aſcendendo pergeres; ne ergo curſum varies, ſi hanc vniverſalem vis concludere, procedes jam aſcendendo in præmiſſis, dicendo: *Omnis homo eſt animal: omne animal eſt vivens: ergo omnis homo eſt vivens.* Et tunc addere poteris ſubcõſequẽtias legitimas, juxta dicta, num. 31. in fine.

## CAPVT IV. PONDERANTVR PERIPATETICORUM regulæ generales.

34

Regulæ dialecticæ á quo pẽdeat. Cerr. n. 25. pag. 22.

SVPPOSITA diſtinctione conſequentiæ bonæ, ſeu legitimæ in materialem (á Peripateticis cõmuniter traditam) & formalem: & quod *in nulla bona conſequentia poteſt ſequi ex antecedenti vero conſequens falſum*: aliquæ ſtabiliuntur regulæ generales, in omni figura, & modo obſervandæ, quas nunc examinandas aggredimur, vt magis conſtet mul-

tiplicis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiplicis figuræ inſufficiẽtia, vanãq; eſſe diſtinctionẽ conſequentiæ in materialẽ, & formalẽ, cum nullus ſit ſyllogiſmus verus, tribus tantũ cõſtans terminis, qui ad formalem non reducatur, vt dicebamus in Cert. nũ. 191. pag. 289. ſolúmque proinde neceſſariam eſſe vnicam naturalem figuram, ſeú potiús formam à Platone traditam, quæ eſt quarta figura cõmuniter dicta, in qua regulariter concludendum eſt indirectè (Peripateticorum *judicio*) quandoq; directè, *juxta* dicta, cap. 3. nũ. 33. ſemper tamen obſervanda eſt neceſſariò, in omni materia, regularum omnium baſis, *quód ex antecedenti vero, non ſequatur conſequens falſum.* Dixi, *Peripateticorum judicio*; quia in re eſt inverſé dicendũ cũ Platone, vt notavimus in Cert. num. 38.

Quælibet conſeq: ẽtia vera eſt formalis.

Baſis regularũ. Cert. n. 25. 26.

35 Prima regula eſt. *Ex puris negativis nihil ſequitur.* Quæ regula ſemper vera eſt, ſatisque conſtat ex cap. 1. ſuppoſitione 2. nũ. 6. & ſuppoſitione 10. num. 16.

Reg. 1. generalis.

Sed objicies ſequentem ſyllogiſmum, ex puris negativis concludentem. *Aliqua ſubſtantia non eſt lapis: ſed nullus lapis eſt homo: ergo aliqua ſubſtantia non eſt homo.* Reſpondemus cõmitti fallaciã; quia variatur, ſeú multiplicatur terminus, *ſubſtantia*: nã in majori eſt indifferens ad hominẽ, à quo removetur in concluſione. Diſpone terminos, & videbis majorem debere eſſe affirmativã, in *Figmeno*. Et inde procedes ad ſubmodos, quos data materia permittit, in qua mediũ eſt antecedens vni, & repugnãs alteri extremorum. Vide ſimilẽ progreſſũ in Cert. n. 237. pag. 391. & dicta ſuperiús in præludio 4.

Homo. Lapis- Subſtãtia-

*Figmeno.*

36 Secunda Regula. *Si aliqua ex præmiſſis fuerit negativa, concluſio debet eſſe negativa.* Hæc regula eſt vniverſaliter vera, & patet ex cap. 1. præludio 3.

Regula. 2.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

& 4. nam eo ipſo quòd altera præmiſſarũ eſt negativa, jam mediũ eſt contrarietatis: ſicque in eo diſtinguũtur extrema; ac proindé inter ſe. Nec valet contra hanc regulã modus *Metitis*; quia negativa eſt contrapoſita vniverſalis affirmativæ: cui proinde æquivalet; ſicut oſtendimus in Cert. nũ. 232. pag. 379.

Regula 3.

37. Tertia regula. *Ex puris particularibus nihil ſequitur.* Regulã intelligunt Peripatetici, quando mediũ eſt terminus cõmunis; nam ex medio ſingulari formatur ſyllogiſmus expoſitorius, qui non tantũ eſt legitimus, ſed adeo perſpicuus, vt demonſtratio ſenſibilis appellari ſoleat. Probatur regula hoc ſequenti ſyllogiſmo.

Syllogiſmus expoſitorius.

Homo.
Animal-
Rugibile-

Aliquod animal eſt homo:
ſed aliquod rugibile eſt animal:
ergo aliquod rugibile eſt homo.

Concluſio non ſequitur. Et verũ quidẽ eſt; ſedtamen nõ quia præmiſſæ ſunt particulares; ( ſi enim minor formaretur vniverſalis, nihil adhuc concluderetur. ) ſed quia mediũ eſt contrarietatis, & petit concludere negativè. Quare prædicta regula nõ eſt vniverſaliter vera; vt patet in ſyllogiſmo ſequẽti. *Aliquod animal eſt rugibile: ſed aliquod vivens eſt animal: ergo aliquod vivens eſt rugibile.* Imò prædictus ſyllogiſmus, & alij multi æquivalẽt ſyllogiſmo expoſitorio, vt notavimus in Cer. n, 45. p. 49. & alijs locis, ibi indicatis. Diſpone terminos vtriuſq; ſyllogiſmi, aut alios, vt meliùs appareat veritas.

Mediũ cõtrarietatis.
Rugibile.
Animal-
Vivens-

Syllogiſmus æquivalens expoſitorio.

Rugibile —— animal —— homo.
Vivens —— animal —— rugibile.
Subſtantia —— lapis —— homo.
Lapis —— vivens —— animal.

Regula 4.

38 Quarta regula. *Quando altera præmiſſarũ eſt particularis*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*ticularis, concluſio debet eſſe particularis.* Patet in ſequēti ſyllogiſmo. *Nullus lapis eſt homo: ſed aliqua ſubſtantia eſt lapis: ergo aliqua ſubſtantia non eſt homo.* Hæc regula nō eſt vniverſaliter vera: patet ex ſyllogiſmo ſequenti. *Nullus lapis eſt vivens: ſed quoddam vivens eſt animal: ergo nullus lapis eſt animal.* Et vide quòd in *vivente* manet *animal* diſtributum æquivalenter, juxta dicta in Cert. n. 63. pag. 79.

Homo. Lapis- Subſtātia-

Animal. Vivens- Lapis-

39 Quinta regula. *Vt legitima ſit conſequentia, mediū, in altera ſaltem præmiſſarū, debet adæquatè diſtribui.* Defectu hujus regulæ nihil valet ſyllogiſmus ſequens. *Omne animal fuit in arca Noé: ſed Bucephalus eſt animal: ergo Bucephalus fuit in arca Noé.*

Reg. 5. vide cap. 6. reg 1. & 3.

Hæc regula non eſt generaliter vera: & probatur in ſequenti ſyllogiſmo. *Quædam ſubſtantia eſt vivens: ſed omnis homo eſt ſubſtantia: ergo omnis homo eſt vivens.* Veritas hujus conſequentiæ patet ex determinata ſuppoſitione *ſubſtantiæ* in majori; né enim varietur terminus, dèbet ſupponi determinatè, provt ſupponit in minori. Semper ergo ad veritatem conſequentiæ attendendū eſt mediū, & conſiderādū quid dicat in ſe, quid in extremis, ne varietur ſuppoſitio; aut ejus adjuncta, ſtatus, ampliatio, reſtrictio; nec alia proprietas termini aliqua, alienatio, remotio, appellatio, diminutio. Hinc dicit Illuminatus Doctor in Arte magna, parte 7. §. de cognitione fallaciarū: *diverſitatem medij eſſe genus fallaciarum*: ſemper ergo ac ſervatur vnitas medij, legitimè concludimus. Vndè cum ſine diſtributione medij, ex eadē tamen ipſius determinata ſuppoſitione concludimus ( ſicut in exemplo dato ) legitimè concludimus. Nec cum non diſtribuitur medium, committitur fallacia, præciſé quia mediū nō diſtribuitur, ſed quia variatur mediū; ſi enim non

Vivens. Subſtātia- Homo-

Variatio ſuppoſitionis multiplicat terminos. Cert. nū. 63. p. 78.

Diverſitas medij eſt genus fallaciarū.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

variato medio concluderetur ex nō diſtributo, legitima eſſet conſequentia, & facilè probanda ex principiis primis datis: imò reducenda ad expoſitorium ſyllogiſmū, ſic dicendo, & ſignando ſubſtantiam rationalem. *Hæc ſubſtantia eſt vivens: ſed omnis homo eſt hæc ſubſtantia* (ſcilicet rationalis) *ergo omnis homo eſt vivens.*

Syllogiſmus æquivalens expoſitorio. Vide pag. 11.

40 Vltima regula. *Nullus diſtribui valet terminus in concluſione, qui diſtributus non ſit in præmiſſis.* Quare nihil valet ſyllogiſmus ſequens. *Omne animal eſt ſubſtantia: ſed nulla arbor eſt animal: ergo nulla arbor eſt ſubſtantia.* Redūdat terminus, *ſubſtantia*; quia in majori ſupponit determinatè pro ſenſitiva; in concluſione diſtribuitur. Hæc regula, vt ſonat, non eſt generaliter vera; valet enim aliquando, à non diſtributo ad diſtributū procedere; vt exemplo cōſtat. *Nullū animal eſt arbor: ſed aliquod animal eſt homo: ergo nullus homo eſt arbor.* Dixi, vt ſonat, quia in ſe vera eſt, provt requirit diſtributionem, ſivè formalem, ſivè æquivalentē. Vndè, quia in priori exemplo terminus, *ſubſtantia*, nullo modo diſtribuitur in præmiſſis, cōmittitur fallacia; non in ſecundo; quia terminus, *homo*, jam eſt diſtributus in minori, & ſuo conſequenti; videlicet *in animali*: ſicut diximus in Cert. n. 63. pag. 79.

Regula 7. Subſtātia. Animal. Arbor. Arbor. Animal. Homo. Diſtributio duplex.

## CAPVT V. DE REGVLIS PRIMÆ FIGVRÆ.

41

PRÆTER generales regulas, ſpeciales vnicuiq; figuræ ſtatuūtur; de quibus eſt nūc agendū: & primò de prima figura. *Quæ receptiva eſt omnis quantitatis, & qualitatis*, vt de ſe patet: & hæc eſt prima primæ figuræ regula.

Prima reg. 1. Figuræ.

Secunda. Secunda. *Quòd major ſyllogiſmi affirmativè concludentis*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

*dentis non ſit particularis*: tunc enim mediũ nõ eſſet diſtributum, & ex antecedenti vero ſequeretur cõſequens falſum; vt patet exemplo ſequenti. *Quædam ſubſtantia eſt vivens: ſed omnis lapis eſt ſubſtantia: ergo quidam lapis eſt vivens.* Redundat mediũ, *ſubſtantia*; quia variat determinationem. Vivens. Subſtãtia. Lapis.

Sed diſtributionem formalem termini in præmiſſis nõ ſẽper requiri, cõſtat ex cap. antecedẽti, regula 4. & 6. Et regula quinta oſtendimus nõ eſſe neceſſariam diſtributionem medij; ſed eãdem determinationem ejus. Vide ibi exemplum, in quo medium eſt conſequens extremis ſubordinatis; ac proinde format modum, *Rarara*, in ſecunda figura. Quod fieri non poteſt, ſi extrema ſunt oppoſita; quia variaretur determinatio medij, per differentias contrahentes. Variatio medij viciat ſyllogiſmum. *Rarara.*

Tertia regula. *Ex minori negativa nihil ſequitur.* Quia argueretur à non diſtributo ad diſtributum; vt exemplo conſtat. *Omnis homo eſt animal: ſed nullus leo eſt homo: ergo nullus leo eſt animal.* Redũdat terminus *animal*; quia variat determinationem. Tertia. Animal. Homo. Leo.

Non ſemper eſſe illegitimũ progreſſum à non diſtributo ad diſtributum, patet jam ex capite antecedenti, regula vltima. Et confirmatur ampliùs: exemplo directè concludente in hac prima figura. *Omnis homo eſt animal: ſed nulla arbor eſt homo: ergo nulla arbor eſt animal.* Animal. Homo. Arbor.

Valet & iſte. *Omnis homo eſt animal: ſed aliquod vivens non eſt homo: ergo aliquod vivens non eſt animal.* Valent igitur in prima fig. modi iſti, *Radentes*, *Ramoſos*, vt notavimus in Cert. n. 224. pag. 358. Animal. Homo. Vivens.

Prædictæ duæ regulæ intelliguntur à Peripateticis in modis directè cõcludentibus; quia in indirectis, benè poteſt eſſe minor negativa, & major particula-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

particularis; vt patet in *Fapeſmo*, & *Friſeſo*. Sed quòd neque vniverſaliter obſervanda ſit in modis directis, adductis exemplis conſtat.

## CAPVT VI. DE REGVLIS SECVNDÆ FIGVRÆ.

42

Prima reg. 2. figuræ.

*Rarara.* Cert. nũ. 224. pag. 357.

PRIMA regula eſt. *Quod recipiat omnem quantitatẽ ſolam autem qualitatem negativam*. Sed excluſivam libro, concludendo affirmativè in ſecunda Figura. *Omne animal eſt ſubſtãtia: ſed omnis homo eſt ſubſtãtia: ergo omnis homo eſt animal*. Ratio iſtius cõſequẽtiæ eſt; quia *ſubſtantia*, in majori, ſupponit determinatè pro ſubſtãtia ſẽſitiva; & eodẽ modo ſupponit in minori. Ex hoc autem quòd omnis homo ſit ſubſtantia ſẽſitiva, neceſſariò ſequitur, quòd ſit animal. Vel clariùs ſic ſyllogiſmũ, cũ determinato medio, officio conſequenti alteri extremo; re autem reliquo. *Omne animal eſt ſenſitivum: ſed omnis homo eſt ſẽſitivus: ergo omnis homo eſt animal*. Modos *Ripanis*, & *Rapinis* in ſecunda figura, vide in Cert. num. 57. pag. 68.

Animal. Senſitivũ- Homo-

Secunda.

Animal. Rationale- Homo- Animal. Rationale- Leo-

*Domacor*, & *Frimeſor*. Cert. n. 21. & 223.

Secunda regula eſt. *Majori exiſtenti particulari, nihil ſequitur*. Nam argueretur á non diſtributo ad diſtributum; dicendo ſic. *Quoddam animal non eſt rationale: ſed omnis homo eſt rationalis: ergo quidam homo non eſt animal*. vel ſic: *Quoddam animal eſt rationale: ſed nullus leo eſt rationalis: ergo aliquis leo non eſt animal*. Hæc regula ſupponit, neceſſariò concludẽdum eſſe directè in ſecunda figura: quod opus nõ eſt; ac proindè in dictis ſyllogiſmis rectè concluditur indirectè: *Quoddam animal non eſt homo. Aliquod animal non eſt leo*. Supponit deinde concluſionem debere eſſe negativam; quod jam refutavimus. Quare affirmativè, & indirectè ſic cõcludes, majori

exiſtẽti

(c) 2006 Ministerio de Cultura

exiſtẽti particulari. *Quoddã vivens eſt ſentiẽs: ſed omne animal eſt ſentiens: ergo quoddã vivens eſt animal.* Vel poteris directè concludere, juxta Peripateticos (nã directè, & indirectè inverſè dicuntur) *Omne animal eſt vivens:* jam enim, ex cap. 4. regula 4. conſtar concluſionem vniverſalem negativam inferri ex altera præmiſſarum particulari: quod nunc quoquè eſt confirmatum in concluſione vniverſali affirmativa deducta ex altera præmiſſarum particulari: idquè tenet, quia terminus *vivens* retinet in concluſione eandem determinationẽ, pro qua ſupponit in majori. Pro comprobatione deſerviet reductio herculea, tàm in iſto, quàm in alijs modis veris, à nobis poſitis, de quibus dubitatio aliqua occurret: cum enim omnis ſyllogiſmus materialis reduci poſſit ad formalem, ex dictis num. 34. reduci quoque proinde poteſt reductione herculea: de qua vide dicta, & indicata in Cert. verb. *Reductio.*

Directè, & indirectè contrario modo dicuntur in Platone, & Ariſtotele.

Ex vna particulari ſequitur cõcluſio vniverſalis.

Reductio herculea.

Tertia regula. *Si vtraque præmiſſa eſt affirmativa, nihil ſequitur in ſecunda figura.* Quia medium in nulla præmiſſarum diſtribueretur; ac proinde nulla eſſet conſequentia; vt ſi diceres. *Omnis homo eſt animal: ſed omnis lupus eſt animal ergo omnis lupus eſt homo.* Paralogiſmus eſt, quia medium determinationem variat; ac proinde eſt multiplex.

Tertia.

Homo. Animal- Lupus-

Sed non requiri ſemper diſtributionem medij patet ex cap. 4. regula 5. Nèc minùs conſtat in hac ſecunda figura concluſionem poſſe eſſe vniverſalẽ affirmativam, ex dictis hoc cap. regula 1. Et confirmatur exemplo ſequenti. *Omne animal eſt vivens: ſed omnis homo eſt vivens: ergo omnis homo eſt animal.* Hoc idem invenies in omnibus terminis ordinatis, quorum medium eſt reliquis conſequens. Vide reg. 2. cap. 5. § *Sed diſtributionẽ.* p. 29. & dicenda, cap. ſeq.

Homo. Vivens- Animal-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## CAPVT VII. DE REGVLIS TERTIÆ FIGVRÆ.

Prima reg. 3. figuræ.

43 PRIMA regula eſt. *Quòd ſit receptiva vtriuſq; qualitatis, ſed nō niſi quantitatis particularis.* Si enim cōcluſio fieret vniverſalis, argueretur à nō diſtributo ad diſtributum; eſſetqué proinde falſa, antecedēti exiſtēte vero; vt patet ſequenti paralogiſmo. *Omnis homo eſt riſibilis: ſed omnis homo eſt animal: ergo omne animal eſt riſibile.* Quãvis autem indirectè, ex datis pręmiſſis, legitimè concludere valeas: *Omne riſibile eſt animal*: id tantúm eſt ratione materiæ, non ratione formæ: vt patet ſequenti exemplo, in quo concluſio indirecta eſt falſa; directa verò eſt vera: *Omnis homo eſt vivens: ſed omnis homo eſt animal: ergo omne vivens eſt animal. Nihil ſic concludis*; cōcluderes autem directè: *Omne animal eſt vivens.*

*Merape, Ravene, Radolphe* ſūt modi legitimi tertię fig. Cert. p. 358. n. 224.

Animal. Homo- Vivens-

Hinc jam patet inconſtantia dictæ regulæ. Et ex cap 4. regula vltima: & c. 5. reg. 2. conſtat etiã non ſemper viciare concluſionem progreſſus à nō diſtributo ad diſtributum; ſicut confirmatum eſt exemplis datis, & patet in ſequenti.

Animal. Subſtãtia- Corpus-

*Ra-* Omne animal eſt ſubſtantia:
*ra-* Sed omne animal eſt corpus:
*ra.* ergo omne corpus eſt ſubſtantia.

Regula 2. Opponũt. huic reg. modi. *Ravene: Radolphe.*

Secunda regula. *Minori exiſtente negativa, nihil directè concluditur.* Argueretur enim à non diſtributo ad diſtributum; vt ſi diceres. *Omnis homo eſt ſubſtantia: ſed nullus homo eſt mulus. ergo aliquis mulus non eſt ſubſtantia.*

Sed hinc conſtat inutilitas regulæ: nam ſi legitimè poſſumus concludere indirectè, *aliqua ſubſtãtia non eſt mulus*, nobis opus nō eſt regulæ datæ; ſed debemus attendere pertinentiam terminorum, & juxta eorũ exigentiã inferre concluſionē directam,

vel

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vel indirectam: ſępè enim cōcluſio directa eſt nulla, indirecta exiſtente legitima, vt diximus in Cert. p. 72. 73. 74. n. 59. & 60. Quia verò in modis etiam Peripateticorum, paralogiſmi occurrunt diſſolvēdi, debemuſq; pro ſolutione recurrere ad terminorū cōditiones; iſtis potiùs firmari oportet in modis omnibus, eos reducendo ad formam Platonis, in qua faciliùs dignoſcuntur. Videatur Cert. pag. 45. num. 42.

Regulæ ſyllogizandi, á quo pendeant. Cer. num. 66. p. 83.

## CAPVT VIII. EVASIONI PERIPATETICÆ reſpondemus, & noſtram methodum confirmamus.

44 AD dicta noſtra omnia, & objecta capitibus antecedentibus, dicunt Ariſtotelici, ſyllogiſmos vtique noſtros tenere vi tantúm, & ratione materiæ, ſed non ratione formæ.

Regulæ Ariſt. inſufficientes.

Concedimus gratis aſſumptū; ac indè noſtram confirmamus ſententiam: nam, ſi tot Peripateticorum regulæ non valent pro omni materia, ſed ſervatâ eâdem formâ, & figurâ, ex ſola diverſitate materiæ, jam nō ſequitur legitimè cōcluſio, vt cōſtat in paralogiſmis occurrentibus in modis Peripateticis; ſalebroſa ſunt nimis Ariſt. pręcepta: quærēda ergo, & aſſignanda eſt reg. quæ faciliori forma, in omni materia teneat. Hoc nos præſtavimus vnicâ naturali diſcurrendi methodo propoſita, paucis illuſtrata præludijs, in quibus regulæ omnes inveniendi medium imbibuntur: ſemper enim, in quacunquè forma, & materia, inveſtiganda eſt conditio medij; an ſcilicet ſit concordantiæ, vel contrarietatis; vt indé ſcias quid, & quomodo concludere valeas, omiſſis retrogradibus Peripateticis, ſervato tantúm naturali ordine dato procedendi à

Paralogiſmi invadūt modos omnes. Cert. n. 92. pag. 118.

Baſis regularū inveniēdi medium.

Retrogradus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

læva in dextram, vel à dextra in lævam. Quod ſi obſervaveris in paralogiſmis, ad cõfirmandas Ariſtotelicas regulas aſſignatas, videbis quàm facilè, in quo defectus conſiſtat; & an mutata materia aliquid concludere queas in ſimili forma: quòd ſi ſic; diſcurre per modos nominatos, & ſæpè ſæpiús in eadem materia invenies nominatum modũ: quòd ſi non, tu ipſe poteris nominare de novo, juxta dicta in Cert. n. 234. p. 358.

45 Sed redeamus ad evaſionem datam. Formã non admittunt Peripatetici. Ita ne? An non admittent veritatem? quaſi forma illorum poſſit præſcriberè veritati, & illam continere, vt extra ipſos modos non evagetur? Dicant igitur Dialectici illi: & cur argumenta extra, & præter ipſorum præcepta, à nobis tradita vera ſint?

Secundæ inſertiones fundantur in primis.

Nos Arte Lullij ducti dicimus rationem eſſe, quia medium ſervat principia, ex principijs Artis deducta, in præludijs tradita, & primis metaphyſicis, & logicis principijs innixa: quia verò exẽpla à Peripateticis tradita, deſtruunt dicta principia, ideo cum veritate pugnant, & ex antecedenti vero, contra rationem concludunt cõſequẽs falſum.

Baſis regularum.

Principia ſyllogizandi. Cert. n. 228. pag. 368.

46 Adhuc pro noſtra corroboranda ſententia, elicienda Peripatetica, formo paralogiſmum. *Homo eſt animal: ſed leo eſt animal: ergo leo eſt homo.* Valebit ne argumentum iſtud? Reſpondent Ariſtotelici negativè. Hactenus rectè dicunt. At quare non valet? Dicunt; quia ſecũdæ figuræ argumentatio affirmativa non valet.

Homo. Animal- Leo-

Sed objicio. Valet iſta. *Omne animal eſt ſubſtantia: ſed omnis homo eſt ſubſtantia: ergo omnis homo eſt animal.* Iam vides ſolutionem datam eſſe nullam.

Animal. Subſtãtia- Homo-

Nos ergo reſpondemus, argumentationẽ illam



(c) 2006 Ministerio de Cultura

non valere; quia habet mediũ contrarietatis, quod nequit affirmativè cõcludere, ſed negativè: noſtra verò argumẽtatio habet mediũ concordantiæ; ideo affirmativè concludit. Ex datis tamen terminis paralogyſmi objecti, ſic nos legitimè concluderemus vniverſaliter negativè. *Omnis homo eſt animal: ſed quoddam animal non eſt leo: ergo nullus homo eſt leo.* Nã ſervata vnitate medij, ſic neceſſariò eſt concludẽdum; vt patebit explicata determinatione medij in præmiſſis, dicendo ſic. *Omnis homo est animal*, rationale: *ſed quoddam animal*, ſcilicet rationale, *non eſt leo: ergo nullus homo eſt leo.*

Medium contrarietatis. Cõcordantię. Leo. Animal-Homo-

47 Hinc notes velim, ſẽper in iſto ordine naturali, medium accedere ad ſecundum extremum, eo modo, quo eſt affectum á primo; quia ſi aliter accederet, darentur jam quatuor termini; ac proinde conſequentia nulla: ſicut patet in ſophiſmate objecto. *Homo eſt animal: ſed leo eſt animal: ergo leo est homo.* Nam animal, quod eſt homo, aliud eſt ab animali, quod eſt leo: quia ſi idem determinatum animal diceretur de leone in minori, quod dixerat de homine in majori, neganda eſſet minor.

Variatio conditionis medij vitiat ſyllogiſmũ.

Axioma logicũ. Cert. n. 98. pag. 125.

Idem advertes de extremis in concluſione: vniuntur enim ſecundúm characterizationem acceptam per medium in præmiſſis; quia aliàs conſequentia eſſet nulla, ex variatione terminorũ. Quare in legitima argumentatione, ſeruanda eſt ſemper eadem ſuppoſitio, ampliatio, ſtatio, reſtrictio, alienatio, remotio, appellatio, diminutio; ne varientur termini, vt jam notavimus, capite 4. regula quinta.

Conditiones termini ſervandæ.

48 Nec dictis obſtat dictum Illuminati Doctoris in nova logica, diſt. 5. cap. 17. ad fugandos paralogiſmos, obſervantis cavendum eſſe, ne ſyllogiſmus



(c) 2006 Ministerio de Cultura

mus fiat extra modum, & figurã, vnde enaſci ſolẽt ſophiſticationes. Non, inquam, obſtat; quia hoc dixit in gratiam Peripateticorum, quorum figuras, & modos ſemper obſervat, ne indè veritatem eluderent; ipſe tamen, vt paralogiſmos in iiſdem modis occurrẽtes ſolvat, de regulis Peripateticis nõ curat, ſed ſophiſmata omnia, per Artem ſolvit; ſicut ibidem videre eſt. Et in Arte magna, parte 7. cap. 4. art. 1. de fallacia æquivocationis, num. 17. inquit: *Et ſic Artiſta cognoſcit, quòd logicus (ſophiſta) coram naturali ſtare non poteſt; & maximé per Artem iſtam.* Quare obſecro? Nõ dubium; quia validiores habet regulas per Artem generalem: hanc ergo tenendam, amplectendam, propagandam profiteamur.

Lullus exponitur.

Artiſta vincit Logicũ. Cer. n. 96. p. 123.

49 *PERORATIO.*

VIDISTIS Peripateticas ſyllogizandi ſalebras; jã ergo indefeſſo pede, dumetis illis elicitis, latũ & ſpatioſum argumentandi campum, ex principiis Lullianis expenſum decurramus; hilarique vultu, metamorphoſim ſuſcipiamus reformatam logicam, vt ſyllogizandi Artem excolamus, dolemus, perficiamus.

Nec nobis argumenta quàmplurima, ex Arte iſta deligere, difficile erit: quamvis enim argumẽta inveſtigare, res ſit haud trivialis, & in Ariſtotele nimis difficilis: nam ſi ipſum vides, inviſam reddet, prorſuſque exoſam hanc facultatem; quia fundatam in ſolis ſecundis intẽrionibus: Lullus tamen, Artiũ inſtaurator, huic medetur morbo: decem tradit regulas, quibus nec quidquam brevius tradi poteſt, nec quidquam abſolutius, vt dicebamus in Cert. par. tertia, conf. 8. de reg. &c.

Ars inveniẽdi medium.

Secundæ intẽtiones regulandæ ſũt per primas.

50 Ne fatigator, adoleſcens ſtudioſè, etiamſi

argumen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

argumentorum nomenclaturæ, & rationes tibi exciderint. Ad regulas confuge, illas conſule, ac ſectator; & quidem argumenta plurima tibi ſuppeditabũt, ducẽtq; ad metã. Sic ingenuè monet præclariſſimus Artiſta Antonius Belver, Almæ Sedis Majoric. Canonicus, in Apologia Lullianæ Doctrinæ, Percõtatione 12. *de regulis Artis*, Axiomate 2. fol. mihi 373. vbi tria tantúm pręcepta tradit, quæ cum noſtris coincidunt præludijs: *expendenda* enim monet *argumenta, quæ ſubjecto, & prædicato quæſtionis, vel conſentiant, vel diſſentiant: quæ cum vtroque conſentiunt, valent ad confirmandum: quæ alteri diſſentiunt, ad confutandum.* Quid facilius inveniri poteſt ad reſolvẽdam quamlibet quæſtionem? Huic ſi addas neceſſariam non eſſe figurarũ diſpoſitionem, ſolúmquè obſervandam methodum naturalem, à nobis aſſignatam, & probatam; habes quod deſiderare poteras; & nos, quo te Arti Lullianæ obſtringamus. His vtere, & fruere, candidate amice Lector, & cuncta ſtudia tua ad Dei gloriam dirige, cui ſempiterna ſit laus, & honor; vtque in Eccleſiæ Sanctæ Romanæ exaltationem cedãt peroro, correctioni cujus, ac doctiorum cenſuræ meipſum, & dicta omnia ſubjicio. LAVS DEO.

Regula generalis.

Proteſtatio Auctoris.

*Hic obſerva, quòd termini, qui ponuntur in margine, diſcurrendi ſunt ab inferiori ad ſuperius, prout exigit ſyllogiſmus eis proximus, cujus ſunt termini: & medium ſingulorũ ſyllogiſmorũ ſemper eſt aliquod ex indicatis per dictiones,* Fecana &c. *n. 22 & 23. adductis. Et pag. 3. in margine vltimo lege. Triangulus rubeus eſt diffinitivus. Pag. 13. lege. Præludium 3 & pag. 16. in cap. 2. lege. Metamorphoſis. & pag. 29. marg. 2. lege vitiat. Alia ſimilia, aut majora errata, Lector amicus provt occurrerit, emendare dignabitur.*

Advertencia.

*INDEX*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# INDEX RERVM, ET CAPITVM, QVÆ IN METAMORPHOSI LOGICA reformata cõtinentur. Num. pag. indicat.


A.

*Argumẽtationis ſpecies variæ.* 16.

*Ars ſyllogizandi Ariſtotelis inſufficiens.* 1.

B.

*Baſis regularum Dialecticarum.* 25. *Syllogiſmorum.* 2.

C.

*Cap.* 1. *de quibuſdam præludijs ad Metamorphoſim logicã reformatam.* 2.

*Cap.* 2. *Metamorphoſis logica reformata proponitur.* 16.

*Cap.* 3. *Cõmendatur Metamorphoſis logica reformata.* 20.

*Cap.* 4. *Ponderantur Peripateticorum regulæ generales.* 24.

*Cap.* 5. *De regulis* 1. *fig.* 28.

*Cap.* 6. *De reg.* 2. *figuræ.* 30.

*Cap.* 7. *De reg.* 3. *figuræ.* 32.

*Cap.* 8. *Evaſioni Peripateticæ reſpõdetur, & naturalis procedẽdi methodus cõfirmatur.* 33.

*Caramuel cõprehẽditur.* 20.

*Concluſio reſpectivè indirecta.* 18. 22. *Legitima* 24.

*Concordantia mixta contingentiam dicit.* 7. 11.

*Conſequentia qualibet legitima eſt formalis.* 25.

D.

*Dictiones medium ſignificantes.* 14. *Augendæ* 15.

*Differentia multiplex.* 3.

*Diſtributio duplex.* 28.

*Directè, & indirectè dicuntur inverſè, in Platone, & Ariſt.* 31.

*Diverſitas medij.* 4. *Eſt genus fallaciarum.* 27. *vitiat ſyllogiſmum.* 29.

E.

*Exempla varia.* 5. 6. 17. 18.

*Ex puris negativis nihil ſequitur.* 5. 10. *Ex altera præmiſſarum particulari ſequitur concluſio univerſalis.* 31.

F.

*Forma generalis conficiendi ſyllogiſmos.* 16. 19. *Diſſolvendi ſophiſmata.* 19. *Eſt naturalis.* 22.

G.

*Gradus ſcalæ retrogradum nõ requirit.* 21. 23.

M.

*Materiæ variæ.* 7. 8. *Felix.* 9.

*Medij inventio.* 2. 15. *Significatio.* 12. 13. 14. *Mediũ triplex.* 8. *Variè diſcurrendum.* 10. *Naturale.* 23. *Contrarietatis.* 5. 26.


*Methodus*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Methodus generalis offertur. 1.
Modi novi ſũt neceſſarij. 1. 32.

O.

Oppoſitiones variæ. 7.

P.

Particulare ſumitur variè. 11.
Idem de ſingulari ſenties. 26.
Præludia. 12. 13.
Proluſio proponit motivum reformatæ metamorphoſis logicæ. 1.
Progreſſus mixtus &c. 9. Varius. 11.

R.

Reductio modorum difficilis in Ariſtotele. 20. Generalis eſt facilis. 2. 22. Ejus radix. 16. 20. Herculea. 20. 31.
Regulæ Dialecticæ á quo pendeant. 24. Examinãtur. 25. &c. Earum baſis. ibid.

S.

Significatio litterarum. 14 17. Dictionum. 14 Figurarum. 23. Subconſequentiæ. 12. 24.
Suppoſitionis variatio multiplicat terminos. 27.
Syllogiſmus tribus conſtat terminis. 12. Eſt argumẽtatio perfecta. 16.
Syllogiſmus formalis. 2. Expoſitorius. 6. 9. 26. Expoſitorio æquivalens. 26. 28.

T.

Terminorum pertinentia &c. 4. 14. Connexio &c. 5. Quomodo cognoſcenda. 6. Æquivalentia. 19.
Triangulus viridis diviſivus: Rubeus diffinitivus. 3. Croceus eſt collectivus. 4.

Ne charta vacet, & exemplo conſtet quod de cognatis, & diſſonis indicavimus in Scholijs, pag. 185. &c. appono, ex Rethorica Lulliana, in pagina ſequenti Arborem moralem oppoſitorum, qua oſtenditur virtutem eſſe quid poſitivum, vitiũ autem negativum; vt conſtat ex parte nona Artis brevis, num. 156. 57. pag. 105. 6. & part. 11. num. 226. pag. 170.

ARBOR

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# ARBOR MORALIS OPPOSITORVM.

*Audacia.*
Fortitudo.
*Timiditas.*

*Intemperantia.*
Temperantia.
*Inſenſibilitas.*

*Prodigalitas.*
Liberalitas.
*Avaritia.*

*Vultuoſitas.*
Magnanimitas.
*Puſillanimitas.*

*Ventoſitas.*
Magnificentia.
*Modicitas.*

*Iracundia.*
Manſuetudo.
*Socordia.*

*Arrogantia.*
Gravitas.
*Diſſimulatio.*

*Scurrilitas.*
Vrbanitas.
*Ruſticitas.*

*Plus.*
Iuſtitia.
*Minus.*

*Adulatio.*
Amicitia.
*Contentio.*

*Pavor.*
Verecundia.
*Impudentia.*

*Invidia.*
Indignatio.
*Malevolentia.*

FINIS

*Imponitur die tertia Septembris.*

1669.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBL.PUBL.MALLORCA
1056890
R. LLull 294
(c) 2006 Ministerio de Cultura

R. 4.
20.

R.
LLull
294
(c) 2006 Minis